q̄ vt i ſcḋo dialogoꝝ legit᷑ recepit
ad nutriēdū in religionē Mauruz
duodēnem · et Placidū ſeptēnē ·
Eſt tñ quedam differentia circa h̄
attēdenda · naz pueri ante annos
pubertatis ex naturali iure ſūt ſḃ
cura parentū · ꝓpter hoc q̄ patiūt᷑
diſcretōis defectū · ſcḋm quā poſſent
bñ regere ſeipſos · ⁊ iđo i hac eta-
te pñt q̄dē religioni tradi / ſi a p̄n-
tibꝫ offerunt᷑ · et erit rata traditio
precipue ſi cū ad ānos pubertatis
aduenerint ratā habuerint pat̄-
nā oblationē · Vñ Grego · dicit · ⁊
habet᷑ · xx · q · j · Addidiſtis · Si pat̄
vel mat̄ filiū filiā ue int̄ ſepta mo-
naſterij in infantie annis ſḃ regu-
lari tradiderit diſciplina / vtꝝ lice-
at eis poſtq̄ pubertatis impleue-
rint ānos egredi et m̄rimonio co-
pulari · h̄ oīno deuitam⁹ · qꝛ nefas
ē vt oblatis a p̄ntibꝫ deo filijs / vo
luptatis frena relaxēt᷑ · ſi aūt i hac
etate ꝓpria ſpōte ſe r̄ligioni tradi-
derint · pꝫ h̄ p̄ aſſenſū vel diſſimula
tionē p̄ntū ratū eſſe · Vñ dicit᷑ · xx ·
q · ij · Si i qualibꝫ minori etate: vel
religionis tonſuraz / vel religionis
veſtez debitaz in vtroq̄ ſexu filijs /

aut vnus aut ābo p̄ntes dederint
cōſenſuz / aut forte vel nolentibꝫ vel
neſciētibꝫ ſcꝫ p̄ntibꝫ a ſe ſuſceptā /
nō mox viſā i filijs abdicauerint /
ſꝫ vel corā ſe vel Ep̄o / palāq̄ in cō-
uentu eoſdē filios talia habere p̄-
miſerint / ad ſeculareꝫ r̄uerti habi-
tū filijs ipis quādoq̄ / p̄enit⁹ nō li
cebit · Si vero pueri annos puber-
tatis trāſcenderint / pñt etiā iuitis
p̄ntibꝫ ad religiōꝫ ſe trāſferre · nec
ſūt repellēdi: imo magis aduocā-
di · vt em̄ Gre · dicit i quadā home-
lia · Ad vitaz bonā alius in pueri-
cia / ali⁹ in adoleſcentia / ali⁹ in iu-
uentute / ali⁹ in ſenectute / alius i
decrepita etate ꝑducit᷑: ⁊ ſic cū in
nulla etate ſint repellendi / minus
tñ ſūt repellendi in pueritia · Dicit
em̄ Chriſo · ſup̄ Mattheū · q̄s me-
ret᷑ appropinq̄re chriſto ſi repellet᷑
ab eo ſimplex infantia: nā ſi ſācti
futuri ſūt q̄d vetatis filios ad p̄reꝫ
venire: ſi aūt peccatores futuri ſūt /
vt q̄d ſētētiā cōdemnatōis ꝓfertis
anteq̄ culpā videatis · Quā q̄dem
ſententiā damnatōis ꝓferūt ali-
qui cū dicūt / nō ſūt recipiendi pu-
eri ad religionē · qꝛ exibūt et peio-
res efficiūt᷑ · ſꝫ qđ addūt quidā: q̄
oportet pueros p̄ius exercitari in
preceptis et poſtea tranſire ad cōſi
lia obſeruanda in religione / ex fal
ſo intellectu ꝓcedit · arbitrant᷑ em̄
q̄ precepta parant viaz ad cōſilia ·
nō eſt aūt ſic · immo potius conſi-
lia p̄ant viam ad precepta ſeruā-
da · qꝛ per conſilia remouet᷑ homo
a rebꝫ ſeculi circa quas occupat᷑ ·
Difficile ē g° q̄ innocentiā ſeruet ·
Vñ Hilari⁹ dicit ſup̄ Mattheum ·
Graue on⁹ innocentia ſenſit icre-
mētis opū occupata · rez em̄ ſoli⁹
famulatus dei / nō ſine vicijs ſeculi
cōſequit᷑ · Et iđo dñs dicit Matthei
xix · q̄ difficile q̄ pecunias hñt / in-
trant in regnum celoꝝ quia diffi-
cile ē q̄ hō p̄cepta dei ſeruet · q̄bꝫ i-

tratꝰ in regnuz celoꝝ niſi ſequens
cõſilia diuitias relinquat· Et ideo
pueri ad hoc ꝙ innocentiã ſerua-
re poſſint/ in obſeruãtia mãdato-
rũ ſunt preparandi: et quodãmodo
premuniendi in exercitio ꝯſilioꝝ:
nec ſũt repellẽdi quãuis ieruditi vi-
deant̃ i preceptis· dicit enĩ Orige-
nes ſup Mat· quidã puerilem ſer-
monem habẽtes offerũt ſaluatori
pueros infantes· qui aũt videntur
pfectiores/ priuſq̃ diſcant ratõez
iuſticie/ reprehendunt eos q̃ pue-
ros ⁊ infantes adhuc minꝰ erudi-
tos offerũt Chriſto· dñs aũt hor-
tat̃ diſcipulos ſuos ꝯdeſcẽdere vti-
litatibꝫ pueroꝝ· H̄ ergo debemꝰ at
tendere ne eſtimatione ſapientie
excellentioris/ ꝯtemnamus quaſi
magni puſillos eccleſie: phibẽtes
pueros venire ad ieſum· ¶ Sꝫ ꝙ
vlterius queritꝰ/ an ante religiõis
ingreſſuz ſint voto vel iuramẽto ad
religionẽ obligãdi/ manifeſte ptꝫ
ꝙ ſic· ſic̃ enĩ in malo q̃nto volũtas
eſt magis obſtinata ad malũ tan-
to peior ẽ/ ſic̃ i obſtinatis q̃ ex ma-
licia peccant: ita etiã in bonis tan-
to voluntas melior eſt/ q̃nto ẽ ma-
gis firmata ⁊ aſtricta ad bonũ· cũ
gͦ bonũ ſit ꝙ pueri ad religionem
veniãt/ multo meliꝰ ẽ ꝙ eoꝝ volũ-
tas ad h̄ ſit firmata qḋ fit voto vel
iuramẽto· Vñ et Dauid dicebat·
Iuraui et ſtatui cuſtodire iudicia
iuſticie tue· et Auguſ· dicit in epl̃a
ad Paulinũ et Armariũ· Felix ne-
ceſſitas que ad meliora compellit·
¶ Vltimo aũt ꝯſiderandũ reſtat:
an ſint beneficiis alliciẽdi· Siqui-
dez ꝯuentione vel pacto preciũ ali-
cui det̃ vel quodcũq̃ terrenũ bñfici-
um vt religionẽ intret h̄ ẽ illicituz
ſi aũt aliquis aliqua beneficia tem
palia ei ꝯferat vt auferat impedi-
mẽta q̃bꝫ impedit̃ a religionis in-
greſſu: vel etiã vt eũ nutriat vel do
ceri faciat: ad hoc ꝙ ſit religioni

aptus· H̄ nõ eſt illicitũ ſed ẽ lauda
bile· Siliter etſi beneficiis tpalibꝫ
aliq̃s aliquẽ alliciat/ vt euz fauo-
rabilẽ ſibi reddat nõ intendẽs glo
riã ꝓpriã ſed gloriã dei et ꝓximi ſa
lutẽ/ laudabile eſt· ſic̃ et Apl̃us de
ſeipõ dicit· i· Corin· x· Per oĩa om
nibꝫ placeo· deꝰ etiã aliq̃s tpalibꝫ
bñficiis allicit ad bñ agẽdũ· in ec-
cleſiis etiã q̃buſdã ꝑ tpaliũ diſtri
butionẽ alliciũt̃ aliq̃ ad eccleſie de-
ſeruiendũ: nõ ꝙ premiũ accipiant
ſed ſũt quedã ſecũdario allectiua
ad ſeruiendũ deo· Sic̃ et dñs dicit
Mat· vi· Primũ querite regnum
dei et iuſticiã eius· et hec oĩa adiĩci
ent̃ vobis· ¶ Ad pͥmũ ergo dicẽ-
dũ: ꝙ ſic̃ Chriſtꝰ ad ꝯſilia inuita-
uit adoleſcẽtẽ in preceptis exercita
tũ/ ita etiaz vocauit Mattheũ pu-
blicanũ nõ exercitatũ i preceptis·
ſed potiꝰ peccatis implicatũ· Ex q̃
accipe poſſumꝰ ꝙ ad ꝯſilia obſer-
uanda/ in religionẽ aduocãdi ſũt
nõ ſolũ exercitati in preceptis: ſed
etiã nõ exercitati· ¶ Ad ſecũdũ di-
cendũ: ꝙ diuerſitas graduuz du-
plicit̃ attẽdi pt̃· Vno mõ in diuer
ſis ſtatibꝫ ſeu ꝯditionibꝫ· et ſic nõ
optet q̃ tendit ad maiorẽ ſtatum
vel ꝯditionẽ ꝙ prius exercitetꝰ in
minori ſtatu vel ꝯditione· ſicut vi-
demus ꝙ illi q̃ volunt fieri milites
nõ pͥus exercitant̃ in lanificio: ſed
a puericia exercent̃ i militia· Simi
liter qui volunt fieri clerici nõ pͥus
exercitant̃ in vita laicali: ſed a pu-
ericia inſtruũt̃ in vita clericali· ⁊ h̄
modo qui volunt religioſi fieri/ nõ
optet ꝙ pͥus exercitentꝰ in vita ſe
culari: ſꝫ optimũ ẽ eis/ ſi a puericia
exerceãt̃ in vita religionis· q̃ magis
poterint i eis ꝓficere· Vñ dicit̃
threnoꝝ· iii· Bonũ ẽ viro cũ porta-
uerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua· Alio
mõ pñt accipi diuiſi gͣdꝰ i eodẽ ſta-
tu vel ꝯditõe· ⁊ h̄ mõ dicit Grego·
ꝙ in q̃libet bona conuerſatione ici-

piendū ē a minoribꝫ vt ad maio-
ra ꝓueniat᷑. ſicut eñ milites a ru-
dimentis militie: et clerici a rudi-
mētis clericature/ ita etiā ꝛ religi-
oſi icipiūt a rudimētis religionis:
vt ꝓficiāt vſqꝫ ad ſūmū. ¶ Ad ter-
ciū dicendū: ꝙ duplex ē occaſio ſcꝫ
data et ſūpta. tunc q̇dem dat ali-
quis occaſionē alicui ruendi: vel in
ciſternā cadendi/ qñ facit aliq̇d vel
dicit minus rectū. ex quo dat᷑ ꝓxi-
mo occaſio ruine. et tūc ruina ꝓxi
imputat᷑ danti occaſionē. Aliqñ
aūt nō eſt occaſio data ſed ſūpta.
puta cū aliquis inducit aliquē ad
bonū: et ipſe ex hoc fit deterior: nō
ē relinquenda monitio bona ꝓpter
hoc ꝙ ille ſumit inde occaſionē ru-
ine. Vñ et dñs nō dimiſit p̄dica-
tionē veritatis ꝓpt᷑ ſcandalū pha-
riſeoꝝ. vt habet᷑ Matthei. xv. Et
Aug. dicit in epl̄a ad Bonifaciū.
et hēt᷑. xxiij. q. iiij. ip̄a pietas et i-
fra. Qz ſi plurimi eſſent ī domo ru-
itura et inde ſaltē vnꝰ liberari poſ-
ſet: atqꝫ illōꝯ ꝙ facere conaremur/
alij ſemetipſos precipitatione ne-
carent/ doleremꝰ de ceteris. verū ꝺ
vnꝰ ſaltem ſalute ꝯſolaremur.
¶ Ad quartum dicendū: ꝙ libertas
neceſſitati coactōis ſ opponit᷑: que
eſt neceſſitas abſoluta. et talis ne-
ceſſitas nō ē adhibēda. ſed neceſſi-
tas que eſt ex ſuppoſitione finis/
nō opponit᷑ libertati. ꝛ tali nc̄itate
expedit vti ad ꝯmunē vtilitatē. a-
lioq̇n/ nec pacta ꝓmiſſionibꝫ fir-
mata/ nec iuramēta ī rebꝫ hūanis
fieri deberent. multo aūt magis ꝑ
huiuſmodi expedit homines obli-
gari ad diuina: que ſūt meliora.
¶ Ad q̇ntū dicendū: ꝙ difficultas
ingreſſus obſeruat᷑ in religionibꝫ
ꝑ hoc: ꝙ dat᷑ intrantibꝫ ānꝰ ꝓba-
tionis: in quo difficultates religi-
onis experiūt᷑. ¶ Ad ſextū dicendū:
ꝙ parieti nōdū deſiccato nō ē onꝰ
tignoꝝ īponēdū: tñ nō ꝓhibet᷑ q̇n

ſit paries deſiccandus. deſiccat᷑ aūt
paries ab p̄uo humore ſecularis
affectꝰ ꝑ religionē. ꝛ ideo ꝯuenit
ꝙ p̄ius exerceāt᷑ aliqui ī religione/
q̄ꝫ eis onus prelationis/ aut ſacro
rū ordinū imponat᷑. de hoc onere
loquit᷑ Grego. vt ꝑ ea patꝫ que
precedūt in illo capitulo et in ſcd̄a
homelia Ezech. ¶ Ad ſeptimū dicē-
dū: ꝙ ſtatus religionis ē ſtatꝰ pe-
nitētie et ē exercitiū ſiue ſchola per
fectōis. vñ ad religionē recipiēdi
ſūt peccatores ꝓpt᷑ penitentiā. et
recipiēdi ſūt pueri innocentes. q̈ſi
in quadā ſchola ꝑfectōis vt per-
fectiꝰ innocentiā ꝯſeruēt. ¶ Ad o-
ctauū dicendū: ꝙ ſi omnino inuiti
pueri ad religionē inducerent᷑/ ti-
mēdū eſſꝫ ꝺ caſu futuro. ſꝫ exq̈ ꝓpia
volūtate ſe obligāt: ꝛ religionē in
grediūt᷑/ nō hꝫ locū rō inducta.
Ad nonū dicēꝺ: ꝙ ſic magnū et ꝑ-
uū: multū ꝛ paucū ẛm Phm̄ dicit᷑
relatiue/ ita ꝛ feſtinatū ſiue velox
et tardū. nā feſtinatū ſiue velox eſt
quod ī ꝑuo tp̄e multū mouet᷑. illa
g° ſbſtātia minuit᷑ q̄ ē feſtinata in
reſpectu ad debitū moduꝫ. puta ſi
aliq̇s aliquē ſtatū aggreſſus ſta-
tim a p̄ncipio ꝯtēptis rudimētis
illiꝰ ſtatꝰ/ ea q̄ ſūt ꝑfectioꝝ inſta-
tu illo attētare vellet. nō ē aūt ſb̄a
feſtiata/ ſi exercitiuꝫ ꝑfectōis: ꝛ q̄-
ſi quādā ſcholā que ē religio a pu
ericia aliq̇s igrediat᷑. tātū eñ ē cul
mē ꝑfectōis: vt etiā ſi a puericia
q̇s huiuſmodi ꝑfectōꝫ aggredia-
tur: ſemper habet vbi ꝓficiat. ſic
et Aug. dicit ad Voluſionū de do-
ctrina chriſtiana. tāta ē inq̇t chri
ſtianoꝝ ꝓfunditas lr̄aꝝ/ vt in eis
q̈tidie ꝓficerē/ ſi eas ſolas ab ine-
unte pueritia vſqꝫ ad decrepitam
ſenectutē/ ſūmo ſtudio/ melioi in-
genio conarer addiſcere. ¶ Ad. x.
dicēꝺ: ꝙ diuerſi ordines ſūt q̈ſi di
uiſi gḋꝰ vnꝰ clericalꝭ vite. ꝛ iḋo o-
ꝑtꝫ vt a mīoribꝫ incipiat q̄ ad ma-

iores tendit· nō aūt oportet ꝙ qui
tendit ad ſacros ordines / exerceatꝰ
in ijs que ꝑtinēt ad inferiorez ſta-
tum: laicalis ſcꝫ vite· et ſimiliter in
vita religionis oportet / ꝙ a rudi-
mētis eius incipiat qui religionez
ingreditꝰ: vt ad ſūmū apicē religi-
onis attingere poſſit· nō tñ oportꝫ
euꝫ ꝑus eſſe exercitatuꝫ in ſeculari
vita· ¶ Ad· xj· dicendū: ꝙ in itel-
ligibilibꝫ etiā oportet: ꝙ aliquis a
minoribꝫ in eadem ſcientia incipi-
at: vt ad maiora ꝑueniat: non tñ
oportet ꝙ quicūqꝫ vult addiſcē a-
liquā ſciētiaꝫ maiorē / ꝙ exerceatꝰ i
q̈libet minori· ſic̄ qui volūt addiſcē
artes liberales / nō oportet ꝙ ꝑus
exerceantꝰ i mechanicis· ſed ſolum
hoc oportet qñ minor ſcientia ꝑat
viā ad maiorez· vita aūt ſecularis
nō ꝑat viam ad religionē ſed ma-
gis ab ea abducit· vñ Grego· dicit
i ꝑncipio moraliū· cū adhuc me co
geret animꝯ ꝑñti mūdo quaſi ſpēte
nꝯ deſeruire / ceperūt multa ex hu-
iuſmodi mūdi cura ſuccreſcē: vt in
eoꝝ iā nō ſpē ꝫ (qd̄ ē ḡuius) mē
te retinerer· econuerſo aūt obſer-
uantia ꝯſilioꝝ ꝑat viā ad tutiꝯ et
ꝑfectiꝯ precepta diuina obſeruan
da: que neceſſe eſt etiaꝫ in ſeculari
vita obſeruari· ¶ Ad· xij· dicen-
dū: ꝙ ratio illa i multis deficit· ꝑ-
mo quidē: ꝙ ille qui religionē in-
trat / nō ad hoc eligitꝰ: vt ſui vel al-
teriꝯ curaꝫ gerat magis q̄ꝫ añ· ſed
magis vt ſit ſub obedientia et cu-
ra alterius· Secundo ꝙ hoc nō ꝯ-
ceditꝰ ab omnibꝫ· ꝙ neceſſe ſit eli-
gere meliorem ad regimē prelatō-
nis· ſed ſm quoſdā ſufficit eligere
bonū· Tercio ꝙ ſi oportet eligē me-
liorē ad prelationē / nō quidē op-
tet ſimpliciꝰ meliorē eligere: ſꝫ me-
liorē id ē magis idoneū ad h̄· pu-
eri aūt etſi nō ſint meliores ſimpli
citꝰ q̄ꝫ adulti / ſunt tñ magis idonei
ad hoc vt in religione nutriantur·

Vñ Anſ· in libro de ſimilitudinibꝫ
comꝑat eos qui a puericia nutri-
untꝰ in religione angelis· alios aūt
hominibꝫ· ꝙ angeli a ꝑncipio ho-
mines ꝓceſſu tꝑis ad vitā eternā
ꝑueniūt· Quarto ꝙ ad Eꝑatū nō
eligitꝰ niſi vnꝯ· et ideo maior neceſ-
ſitas ē ꝙ melior aſſumatꝰ q̄ꝫ de in-
trantibꝫ religionē: qui plures ac-
cipi ꝑñt· ¶ Ad· xiij· dicendū: ꝙ ñ
ſolū illud qd̄ eſt peccatū prebet oc-
caſionē ruine· ſed etiā illud qd̄ hꝫ
ſpeciem mali· vñ et Apłus dicit· j·
ad Theſſa· vltimo· Ab oī ſpē ma-
la abſtinete vos· ⁊ ꝙ ſerpens ene-
us etſi ſm ſe eſſet bonꝯ ex ſui inſti-
tutione· tñ ſpēꝫ habebat mali ꝓpꝰ
ſimilitudinez idolatrie· ideo apud
eos qui erāt ad idolatriā ꝓni non
erat dimittendus· ſed laudabiliꝰ
fuit ſubtractꝯ· introitus autē reli-
gionis / nec ē ſm ſe malus: nec hꝫ
ſpēm mali· Bñdictio aūt etſi ſit de
gn̄e ſuo bona / tñ ad hoc ꝙ ſit actꝯ
virtutis / exigitꝰ ꝙ ſit veſtita debitis
circūſtantijs id ē vt ſit ꝯueniēs et
ꝑſone: et loco: et tꝑi· nō ē aūt con
ueniēs ꝑſone / qñ minor preſente
maiore bñdicit· ꝙ ſic̄ dicitꝰ ad He-
bre· vij· Sine ulla ꝯtdictōe qd̄ mi
nus ē a maiore bñdicitꝰ· ¶ Ad· xiiij
dicendū: ꝙ ille qui accedit ad ꝯſi-
lia / nō querit aſcenſum per obru-
ꝑta poſt poſitis gradibus: ſed ma
gis reſecat que poſſunt hominem
impedire ab obſuatōe preceptō-
rum ſicut dictum eſt· ¶ Ad· xv·
dicendum: ꝙ ſm dictum Dama-
ſceni magis eſſet contrarium con-
cludendum· ideo enim deus homi-
nibus etiam poſt generationem
incorruptibilitatem nō ſtatim ad-
dit: quia hoc non eſſet eis vtile: ſꝫ
ſuperbiendi occaſio· abundantia
enim temporalium et corporalium
bonorum eſt materia ſuperbie· et
ideo vtile eſt hoī ad ſuꝑbiam vitā
dam vt ad conſilia tranſeat: tem-

poraliū bonoꝝ abundātiā derelin/
quens. ¶Ad. xvj. dicend᷑. ꝙ am/
plexus Rachelis ſignificat quietē
ɔtemplationiſ. ad quā etiā ɔſilia
ɔſequētes non a pn̄cipio ꝑuenire
pn̄t. ȝ poſt longū exercitiū bonoꝝ
opeꝝ. faciliuſ tn̄ ad predictā quie/
tem ꝑuenit᷑ ꝑ obſeruantiā ɔſilio/
rum. ꝙȝ ꝑ exercitiū mandatoruȝ in
vita ſeculari. ¶Ad. xvij. dicend᷑.
ꝙ ſi beneficiis tꝑalibꝰ aliqui allici
ant᷑ ad religionē cū pacto. ſicut ſo/
let fieri in emptione et venditione
eſt illicita ſolutio. ſi auteȝ aliquis
alicui ꝓuideat ſine pacto. nō ē illi/
cita ſolutio. Vnde poſt premiſſa
verba in eodē capitulo ſubiungit᷑
niſi forte de pauperꝫ alimēto quis
incōtigue ꝓponat. Et iteꝝ ſubdit
duȝ tn̄ abſit pactio et ceſſet omnis
ɔuentio. ¶Ad. xviij. dicendū. ꝙ
ſtatus religionis qn̄tū ad eos qui
in eo ꝓfecerint eſt ſpiritualis mili/
tia. qn̄tū vero ad eos qui de nouo
intrant. eſt quaſi cuiuſdā thiroci/
nij exercitiū. ꝛ ideo oportet ad ma/
iorem ꝓfectū ꝙ a puero aliqſ hu/
iuſmodi exercitiū ſubeat. ſicut et de
exercitio militie tꝑalis. vt Vege/
tius docet d̄ re militari. ¶Ad. xix.
dicendū. ꝙ obligatio ꝑficiēs ma/
trimoniū corꝑale. non poteſt fieri
ante ānos pubertatis. cui obliga/
tioni ſimilis eſt ꝓfeſſio que fit in
religione ad perpetue remanēdū i
ea. ȝ ante annos pubertatis po/
teſt fieri. aliqua ſpōſio futuri ma/
trimonij. ſicut eſt ī ſponſalibꝰ. cui
aſſimilat᷑ obligatio que fit ad reli/
gionem. ¶Ad. xx. dicendū. ꝙ ſicut
gloſa exponit ꝑ hoc ꝙ demoniacꝰ
curatus volebat eſſe in mari in na
ui cū Chriſto. deſignat᷑ deſiderium
eoꝝ qui ſūt a peccato mūdati. quo
cupiūt diſſolui et eſſe cū Chriſto.
ſed hoc nō ſtatim ɔcedit᷑. ſed oꝑtet
ꝙ prius ī hac vita laborēt. annū/
ciando verbum dei. vn̄ patet ꝙ nō
eſt ad ꝓpoſitū. ¶Ad. xxj. dicend᷑.
ꝙ qn̄to aliquis magis exercitatꝰ
in bono ex egypto id eſt ex ſeculo
ad religioneȝ tranſit. tanto faciliꝰ
in ea ꝓficere poteſt. ſed ꝙ in ſecu/
lari vita imminēt multa pericula
quibꝰ huiuſmodi exercitiū virtu/
tis impedit᷑. tutius eſt ꝙ a prin/
cipio impedimēta dirumpant᷑ per
obſeruantiam conſiliorum. ¶Ad
xxij. dicenduȝ. ꝙ difficilius eſt ob/
ſeruari precepta in vita ſeculari ꝙȝ
in vita religioſa. magna eñ virtꝰ
requirit᷑ ad hoc ꝙ aliquis ī ſeculo
viuens ſe immaculatū a vicijs ſe/
culi conſeruet. vnde dicitur Eccl̄i.
xxxj. Beatus diues qui inuentꝰ ē
ſine macula. et poſtea ſubditur.
Quis eſt hic et laudabimus eū.
fecit eñ mirabilia in vita ſua. et iō
maioris preſumptōnis eē videtur
(ſi tn̄ ſit preſūptio) ꝙ aliquis in
ſeculo viuens conſeruet ſe imma/
culatuȝ. ꝙȝ ꝙ tante virtutis ſe nō
exiſtimans ad religionem tranſe/
at. vt facilius a peccati macula cō/
ſeruet᷑ ad modum zachei. qui cum
ſtatura puſillus erat. ad hoc vt
Chriſtum videret aſcendit arborē
ſycomorum id eſt ficum fatuam ꝑ
quam religio deſignat᷑. ¶Ad. xxiij.
dicendū ꝙ in vnoquoqȝ ſtatu ma/
iora maioribꝰ ſūt attribuenda. et
tamen qui ad maioreȝ ſtatum ꝓ/
ficere vult. oportet ꝙ dū minor eſt
ꝓmordia illius ſtatꝰ accipiat. ſm̄
illud Eccl̄i. xxv. Que in iuuentute
nō ɔgregaſti. quomodo ī ſenectu
te tua inuenies ea. ꝛ ad hoc ꝙ ali
qs ꝑueniat ad ꝑfectōnē r̄ligiōis
oportet ꝙ a pn̄cipio etatis ſue hu/
iuſmodi aſueſcat.

Q. xxiiij.

Secūdo querit᷑. Vtꝝ ɔſilia
ordinēt᷑ ad p̄cepta. Et vid᷑
ꝙ nō. illud eñ ad qd̄ ordi/
natur aliud poſterius ē quia finiſ
eſt prior in intentione et poſteri/
or in executione. ſed per obſerua/

tionem p̄ceptoꝝ ꝯtingit eſſe poſ
rem in executione / q̄m impletio
nē cōſiliorū · vt patet Mat · xix · de
adoleſcente · qui ſe dixerat ſeruaſſe
legis p̄cepta a iuuentute ſua cui
dat̄ ꝯſiliū pfectōis · g° videt̄ ꝙ
ꝯſilia nō ordinent̄ ad p̄cepta ſic
ad finē · ſed poti9 ecōuerſo · ¶ Pre
fin͛s eſt pfectioꝛ ijs que ſūt ad fi
nē · ſed ꝯſilia ſūt pfectōra p̄ceptis ·
qꝛ ꝯſilia ptinēt ad pfectiōis ſta
tum · p̄cepta ptinēt ad cōmunez
iuſticiā · vñ et ꝯſilia p̄ceptis ſup
addūt̄ : vt patꝫ p hoc quod Mat ·
xix · dominus dicit adoleſcenti qui
p̄cepta ſeruauerat · adhuc vnū
tibi deeſt · Si vis pfectus eſſe vade
et vende oīa que habes / et da pau
peribus · ergo conſilia nō ordināt̄
ad p̄cepta ſed potius econuerſo ·
¶ Preterea ſcḋm Phm̄ · ij · phi · ſic
ſe habent principia ad concluſio
nes / ita ſe habent fines ad ea que
ſunt ad finē · ſed talis ē habitudo
pncipioꝝ ad concluſiones : ꝙ poſi
tis principijs ponuntur concluſio
nes · nō aūt econuerſo / qꝛ ꝯtingit
ex falſis ſyllogizare verū · ergo ta
lis habitudo erit finium ad ea que
ſunt ad finē · ſed poſitis p̄ceptis
non ponunt̄ conſilia · multi em̄ ob
ſeruant p̄cepta qui nō obſeruāt
conſilia · ergo conſilia non ordinā
tur ad p̄cepta ſicut ad finem ·
¶ Prete · ſicut Auguſ · dicit in libro de
ſancta virginitate · Multi deſipi
unt qui ꝓpter pn̄s ſeculū ſolū vir
ginitatem obſeruandam ſentiūt ·
ſed obſeruatio p̄ceptorū ptinet
ad p̄ſens ſeculum · ergo conſiliū
virginitatis non eſt implendum
ꝓpter p̄cepta · et eadem ratio eſt
de alijs conſilijs · ¶ Pre · p̄cepta
ptinere vident̄ ad vitam actiuā ·
conſilia aūt ad vitam contempla
tiuam · vñ Matthei · xix · vbi enu
merant̄ p̄cepta legis dicit gloſa ·
ecce vita actiua · vbi aūt poſtea ſb

ditur ſi vis perfectus eſſe ⁊c̄ dicit
gloſa · Ecce vita contemplatiua ·
ſed vita actiua ordinat̄ ad contē
platiuam et non econuerſo · ergo
p̄cepta ordinantur ad conſilia ⁊
non econuerſo · ¶ Prete : dn̄s bis
miraculoſe legit̄ turbas refeciſſe ·
primo quidem qn̄ ſatiauit quinqꝫ
milia hominum ex quinqꝫ panibꝰ
et duobꝰ piſcibꝰ : vt legit̄ Matthei
xiiij · Secundo qn̄ de ſeptem pani
bꝰ et paucis piſciculis ſatiauit q̄t
tuoꝛ milia hominum : vt habetur
Matthei · xvi · Et ſicut dicit gloſa
Mat · xiiij · Quinqꝫ milia ꝓ quinqꝫ
ſenſibꝰ corporis accipiūt̄ · ita ſunt
qui in ſeculari habitu exterioribꝰ
recte vti nouerunt hi quinqꝫ pani
bus id eſt legalibꝰ p̄ceptis ad
huc neceſſe habent vt inſtruant̄ ·
nam qui mundo renunciant inte
gre quattuoꝛ milia ſunt · et ſeptem
panibꝰ id eſt euangelica pfectiōe
ſublimes ⁊ ſpirituali gratia refici
unt̄ · ſed prius pauit domin9 q̄nqꝫ
milia hominū ex quinqꝫ panibus /
q̄ꝫ quattuoꝛ milia ex ſeptem · ergo
p̄cepta ſunt priora conſilijs · ⁊ n̄
econuerſo · ¶ Pre · diſpoſitiones
p̄cedūt pfectōꝫ ⁊ ordināt̄ ad ipaꝫ ·
ſꝫ p̄cepta ſūt diſpoſitōes ad ꝯſilia ·
dicit em̄ gloſa Hiero · in principio
Marci · Quattuoꝛ ſūt q̄litates ꝺ q
bꝰ ſancta euāgelia ꝯtexūt̄ : p̄cepta /
mādata / teſtimoīa : et exēpla · In
p̄ceptis iuſticia · ī mādatis chari
tas · ī teſtimonijs fides · in exēplis
pfectō ad quā ptinēt ꝯſilia · g° vi
det̄ ꝙ p̄cepta ordinēt̄ ad ꝯſilia : ⁊ n̄
ecōuerſo · ¶ Pre · p̄mo nō ē aliqꝺ
p9 · ſꝫ ſic dicit q̄dā gloſa ſup pſalte
riū · chaitas p̄mo mouꝫ pedē ad a
ditū vite · ꝺ actu aūt chaitatis dāt̄
p̄cepta · g° nihil ē p9 ī ſpūali vita
q̄ꝫ p̄cepta · n̄ g° ꝯſilia ordīant̄ ad p̄
cepta ſꝫ poti9 ecōūſo · ¶ Pre · ſ illꝺ
pſ · Sic ablactat9 ē ſr̄ mr̄e ſua ⁊c̄
dicit glo · Sic q̄nqꝫ tpa notāt̄ ī p

creatione carnali / ita et in ſpiritu-
ali. Primum ergo tempus eſt cō-
ceptionis. Secunduz in vtero ali-
tionis. Terciū emiſſionis. Quar-
tū portatōnis et lactatōnis. Quin-
tum ablactationis. Ita etiā in v-
tero mr̄is eccleſie pmo cōcipimur
dum fidei rudimentis inſtruimur.
Deinde quaſi ī vtero alimur / ī eiſ-
dem pmordijs pficientes. Deinde
manib9 eccleſie portamur / et lacte
nutrimur / donec iam ḡdatim a la-
cte matris accedamus ad menſaz
patris. Et poſtea ſbdit. multi vero
hunc ordinem puertūt / vt hereti-
ci et ſchiſmatici / ſe ante tpus a la-
cte ſepantes. vnde extinguūt. ſed
ſepari a lacte eſt facilioribus dimiſ-
ſis ad difficiliora tranſire. cū g° ↄ-
ſilia ſint difficiliora q̄ precepta / vi-
det q periculo extinctōnis ſe expo-
nant qui ad ↄſilia accedūt / niſi p9
educent preceptis. precepta ergo
ordinant ad ↄſilia / et nō econuer-
ſo. ¶ Pre. Greg. dicit ſup Ezech.
q ex precepto facere hominū īcho-
antium eſt. ſed illud quod eſt inci-
pientium ordinat ad id quod p-
fectionis eſt et non econuerſo. er-
go precepta ordinant ad ↄſilia. et
non econuerſo. ¶ Prete. virtus
imitat naturam. ſed natura pus
operat in corpe animalis ea que
ptinent ad eſſe / ſicut membra pn-
cipalia q̄ ea que ſūt de bn̄ eſſe ip-
ſius. g° in pgreſſu virtutiſ priora
ſunt precepta que ſunt de eſſe vir-
tutis / q̄m conſilia que ſunt de bene
eſſe ipſius. et ſic idez quod prius.
¶ Pre. ſicut eſt ordo in addiſcendo
ita etiā in opando. ſed in addiſcē-
do oportet incipe a facilioribus vt
ad difficiliora pueniatur. ergo in
opando oportet prius adimplere
precepta q̄ ſūt faciliora. et ſic trāſ-
ire ad ↄſilia. ¶ Pre. Matthei. v.
dicit ī gloſa q ſermo diuin9 ē no-
bis via q̄ currim9. ſed ſermo diui-
nus preordinat precepta cōſilijs.
vt patet Matthei. v. Vbi ponit
id quod preceptum eſt antiquis.
et poſtea ſupaddit a dn̄o id quod
pfectōnis eſt. ergo videtur q ob-
ſeruantia preceptoruz ſit preordi-
nanda obſeruationi conſilioꝝ.
Pre. illud quod eſt minimuz in a-
liquo genere ordinat in id quod
eſt maximū in genere illo. ſed ni-
hil eſt minus in vita chriſtiana q̄
obſeruantia preceptoꝝ. nihil aūt
maius q̄ obſeruantia ↄſilioꝝ. g°
precepta ordinant ad conſilia.
Pre. Hiero. dicit ſup Mat. q̄ pre-
cepta legis iplere negligit / pfecti-
ora implere non poteſt. ergo optz
q prius aliqui impleāt precepta
q̄ conſilia. ¶ Pre. prius eſt a quo
nō ↄuertit ſubſiſtendi ↄſequentia
ſed a preceptis nō ↄuertit ↄſequē-
tia eſſendi ad ↄſilia. nō em̄ ſeqt ſi
aliq̄s ſeruat precepta / q ſeruat ↄ-
ſilia. ergo obſeruatio preceptoruz
naturalit precedit ⁊ ordiat ad ob-
ſeruātiā ↄſilioꝝ. ¶ Sꝫ ↄt ē qd Au-
guſ. dicit ī Enchiridion. Quecūq̄
mādat de9 ex q̄b9 vnū ē nō mech-
aberis. et quecūq̄ nō iubet ſꝫ ſpū-
ali ↄſilio monet ex q̄b9 vnū ē. bo-
num ē homini mulierez nō tange-
re. tūc em̄ recte fiunt / cū dirigunt
ad diligēdū deū. et pximū ppt deū
ſꝫ hec duo cadūt ſb̄ pcepto. vt ptz
Mat. xxij. g° ↄſilia ordināt ad pre-
cepta. ¶ Pre. illud qd ē electōniſ
ordinat in id qd eſt neceſſitatis.
q electō ē eoꝝ que ſūt ad finē. ſed
ↄſilia ſūt electionis. precepta aūt
neceſſitatis. g° cōſilia ordinantur
ad precepta. ¶ Preterea. illud per
quod plenius aliqd pficit ordinat
ad illud. ſꝫ p ↄſilia plenī9 ⁊ tutius
ↄſeruāt precepta. ergo ↄſilia ordi-
nantur ad precepta. ¶ Reſpon-
ſio dicendum q precepta dantur
de actibus virtutum. Duplex au-
tem eſt virtutis actus ſcilicet inte-

rioꝛ et exterioꝛ · et vterqꝫ actus ſub
legis pręcepto cadit · Vnde Aug ·
dicit contra ſfauſtū: ꝙ ꝗꝛ iudei nõ
intelligebant homicidiū niſi ꝑ coꝛ-
ruptionē coꝛpis humani: aperuit
dn̄s omnē iniquū nutū ad nocēdū
fratri in homicidij genere deputa-
ri · ſimilit' etiā tantūmodo coꝛpalē
cū fęmina illicitā coitionem vocari
mechiā quę erat in lege ꝓhibita ·
ſed etiaꝫ dn̄s demõſtrauit interio-
rem ↄcupiſcentiaꝫ ad hoc ꝑtinere ·
Vnde manifeſtū ē ꝙ etiā interio-
res actꝰ virtutum / ſb̄ pręcepto ca-
dunt · ↄſilia ergo oꝛdinãt ad pręe-
cepta et ſm̄ ꝙ ſūt de interioribus
virtutū actibꝫ: ⁊ ſm̄ ꝙ ſūt de exte-
rioibꝫ actibꝫ · ſed diuerſimode · nā
ad interiores actus virtutum oꝛ-
dinãt' ſic̄ ad finē · omnes em̄ inte-
riores actus virtutum moralium
ꝑtinēt ad mētis puritatē: vt ſcili-
cet mens hominis a paſſionibꝫ inoꝛ
dinatis: et ab exterioꝝ rerū cupi-
ditate ſit libera: ⁊ vlterius omes̄ v̉
tutes tā morales ꝗꝫ theologicę or
dinant' ad dilectõnē dei et ꝓximi:
et ad hęc duo omnia ↄſilia oꝛdinā
tur ſic̄ ad finē · ſcꝫ ad charitatē dei
et ꝓximi: et ad mētis puritatem ·
Vn̄ dicit' in colla · pr̄m · Quicq̄d
nos ad virtutē coꝛdis pt̄ dirigere /
tota virtute ſectandū eſt · quicq̄d
aūt ab hac retrahit vt ꝑniciosum
aut viciū deuitādū ē · ꝓ hac em̄ v-
niuſa agimꝰ atꝫ toleramꝰ · ꝓ hac
pr̄ia / ꝑntes / dignitates / diuitię /
delicię mūdi hꝰ: ⁊ voluptas vniu-
ſa ↄtēnit': vt ſcꝫ puritas coꝛdis ꝑ-
petua retineat' · Et poſtea ſubdit':
ꝓ hac ieiunioꝝ mediā / vigilias /
laboꝛes coꝛpis nuditateꝫ / lectõeꝫ /
cęteraſqꝫ v̉tutes̄ debere nos̄ ſuſcipe
nouimꝰ: vt ꝑ illas ab vniuſis pai
ſionibꝫ noxijs illęſas pręꝑare coꝛ
nr̄m et ↄſeruare poſſimus: et ad ꝑ
fectioneꝫ charitatis iſtis gradibꝫ
innitendo conſcendere · Et hoc ideꝫ

Auguſ · dicit in libro de moribꝫ ec-
cleſię nõ reijciēdis · Generibꝫ cibo-
rū quaſi pollutis / ⁊ ↄcupiſcētię ꝑ-
domādę / et dilectõni fratꝝ retinē-
dę inuigilet oīs intentõ · Et ibideꝫ
dicit' charitas ꝓ̄cipue cuſtodit' / ſi
charitati virtus · charitati ſermo ·
charitati habitꝰ · charitati vultꝰ
aptat' · Vn̄ et Aplꝰs · j · Coꝛin · vij
v̉ginitatis ↄſiliū ad hꝫ oꝛdinādum
docet: vt mulier innupta cogitet q̄
ſūt dei et quomodo placeat deo · Et
dn̄s Mat · xix · pauꝑtatis ↄſiliū ad
hꝫ oꝛdinat: vt hõ deū ſequat': qđ fit
ꝑ rectitudinē et puritatē interioꝛis
affectꝰ · ſic gͦ ↄſilia ordinãt ſic̄ in
finē ad ꝓ̄cepta · ſm̄ ꝙ ſūt de interi-
oribꝫ actibꝫ v̉tutū · ſꝫ ſm̄ ꝙ ſunt de
actibꝫ exterioibꝫ / puta nõ occidas̄
nõ furtū facias et cętera / oꝛdinant'
ↄſilia ad pręcepta: nõ ſic̄ ad fineꝫ ·
nõ em̄ ꝓpter hꝫ v̉ginitatē ſeruat hõ
vt ab adulterio abſtineat: neqꝫ hꝫ
fine aliq̄s ſuis bonis renunciat vt
nõ furet' aliena · cum exteriora o-
pera ↄſilioꝝ ſūt maiora ꝗꝫ exteri-
ora opa pręceptoꝝ · oꝛdinãt tn̄ ad
ea inq̄ntū faciūt ea tutiꝰ et firmiꝰ
ↄſeruare · Qui em̄ ſua dimittit mlt̄
tomagis abſtinet a rapiendis a-
lienis · Vnde et Auguſtinus di-
cit in decimonono libro ↄtra ſfau-
ſtum · Omnia ex hebręorum lege
commemorata ita dominus com-
mendauit / vt quicquid ex perſo-
na ſua iuſtum loqueretur vel ad
expoſitionem commendandaꝫ va-
leret ſi quid illa obſcurum poſuiſſꝫ:
vel ad tutius obſeruanduꝫ qđ illa
voluiſſet · Et ĩ libro de ſermone do-
mini in monte dicit: ꝙ dum fiunt
illa quę adduntur ad perfectio-
nem / multomagis fiunt illa quę
pręmiſſa ſunt ad inchoationem ·
Sic ergo patet ꝙ conſilia ordi-
nantur ſicut in finem ad pręce-
pta: pꝛout ſunt v̉ interioribus a-
ctibꝫ virtutum · Sed ad pręcepta

ꝓut ſūt de exterioribus actib⁊ or-
dinant̃ conſilia: ad hoc ꝙ tuti⁹ et
firmius conſeruent̃: ꝑ modum re-
mouentis ꝓhibens · et hoꝝ pͥmuꝫ
eſt cauſa ſecundi · firma em̄ exteri-
orum actuum obſeruatio cauſat᷑
ex interiori affectione mentis bn̄
diſpoſite · ¶ Ad pͥmum ergo di-
cendū: ꝙ ſm̄ quoſdam · diues ille
mentitus eſt dicēs ſe precepta ob
ſeruaſſe: et precipue q̄ntū ad vnuꝫ
preceptuꝫ quod ibi cōmemorat̃ ꝑ-
tinens ad interiorem actum · ſcꝫ di
liges ꝓximum tuum ſicut teipſuꝫ ·
vn̄ Origenes dicit ſuꝑ Mattheū
Scriptū eſt in euangelio ſm̄ He-
breos: ꝙ cū dn̄s dixiſſet ei / vade et
vende omnia que habes / cepit di-
ues ſcalpere caput ſuū et nō placu
it ſibi · et dixit ad eū dn̄s quomodo
dicis feci legem et ꝓphetas? ſcri-
ptū eſt in lege: diliges ꝓximū tu-
um ſicut teipſum · et ecce multi fra-
tres tui filij Abrahe amicti ſūt ſter-
core morientes p̄ fame · ⁊ dom⁹ tua
plena eſt multis bonis: ⁊ nō egre
dit̃ omnino aliquid ex ea ad eos ·
impoſſibile eſt em̄ implere p̄dictū
mandatū et eſſe diuitē: et maxime
tantas habere poſſeſſiones · Et h̄
idem confirmat̃ ꝑ Hiero · qui dicit
ſuꝑ Mat · Mentit̃ adoleſcēs · ſi em̄
quod poſitū eſt in mandatis dili-
ges ꝓximum tuum ſicut teipſum
oꝑe compleſſet / quomodo poſtea
audiēs / vade et vende omnia que
habes ⁊ da pauꝑib⁊ triſtis abijſ-
ſet? ſed q2 Chriſoſ · et alij expoſito-
res dicunt adoleſcentem nō fuiſſe
mentitum: vtrunq3 ſaluari poteſt ·
nam hoc preceptuꝫ diliges ꝓximū
tuum ſicut teipſum dupliciter pt̄
obſeruari · Vno modo imperfecte
vt ſcꝫ aliquis nō faciat contra ꝓxi
mum quod non vult fieri ſibi: ⁊ vt
ſine detrimento / ſuo ꝓximo ſubue
niat · Alio mō ſcꝫ vt ad ſubuenien
dum neceſſitatibus ꝓximoꝝ cor-
poralib⁊ / ita ſe habeat ſicut ad ſb̄-
ueniendū neceſſitatibus ꝓprijs ·
hoc enim modo non implet hoc p̄-
ceptum / qui cum multas diuitias
habet / ſibiipſi eas reſeruat: ꝑmit-
tens proximos egere · conſilia au-
tem ad hoc ordinantur vt: prece-
pta perfectius cuſtodiātur · ⁊ ideo
dominus obſeruanti precepta im-
perfecte / ſuperaddit conſilia ꝑ que
perfectius obſeruantur · ¶ Ad ſe-
cundum dicendum: ꝙ ꝑfectio vi-
te / in preceptis ſm̄ ꝙ ſunt de inte-
rioribus actibus virtutum conſi-
ſtit eſſentialiter · nam charitas eſt
vinculum ꝑfectionis · ſicut Apl̄us
dicit ad Colo · iij · et ideo cum domi
nus precepta charitatis poſuiſſet
Mat · v / ſubiungit · Eſtote ergo ꝑ
fecti · ſed in conſilijs que ſunt de q-
buſdam exterioribus actibus ꝯ-
ſiſtit perfectio inſtrumentaliter ·
q2 ſcꝫ huiuſmodi ꝯſilia ſūt quaſi q̄
dam inſtrumēta per que facili⁹ ad
ꝑfectionē ꝑueniẗ · Vn̄ in collatio-
nib⁊ patrū dicit̃ · ieiunia / vigilie /
meditatio ſcripturaꝝ / nuditas ac
priuatio omnium facultatum: nō
ꝑfectio ſed ꝑfectionis inſtrumēta
ſūt · q2 nō in ipſis ꝯſiſtit diſcipline
illius finis: ſed ꝑ illa ꝑuenit̃ ad fi-
nem · Et Auguſ · dicit in libro de ꝑ-
fectione iuſticie · Hic audiamus p̄
cepta perfectionis ne currere negli
gam⁹ ad perfectionē charitatiſ ·
⁊ Hiero · ſuꝑ Mat · dicit · Exponēſ
illō · Ecce nos relinq̄m⁹ oīa ⁊ ſecu
ti ſum⁹ te · q2 inq̄t nō ſufficit tm̄ re-
linq̄re / iūgit qō ꝑfectuꝫ ē: et ſecuti
ſum⁹ te · qd g° erit nobis? q̄ſi dicēt
feci⁹ qō iuſſiſti: qd g° dabis nobis
p̄mij? p̄cepta g° impꝑfecte obſer-
uata ꝑtinēt ad ꝯñez iuſticiā · ꜱ ꝑfe
ctō vite ꝯſiſtit ī ipa plena obſuā-
tia p̄ceptoꝝ · ¶ Ad · iij · dō: ꝙ aliq̄d
ad finē ordiat̃ duplr̄ · Vno° vt ncm̄
ad finē ſn̄ q̄ fis n̄ pt̄ eē: ſic cib⁊ ad
vitā corꝑis ꝯſuāō · Alio° ſic neceſ-

ſarium ad finē: ſine quo ad finem
nō ita bene ꝑueniri poteſt: ſicut e-
quus ordinat̄ ad iter: non q2 ſine
equo aliquis ire nō poſſet: ſed q2 ī
equo melius vadit· ſimiliter et ꝯ-
ſilia ordinant̄ ad precepta· nō q2
ſine ꝯſiliis precepta obſeruari nō
poſſent· et q̄ntum ad interiores et
exteriores actus· nā Abrahā qui
et coniugio et diuitiis vtebat̄/ fuit
coram deo ꝑfectus: ſc̄m illud Gen̄·
xvii· Ambula coram me ⁊ eſto ꝑ-
fectus: ſed quia ꝑ ꝯſilia expeditiꝰ
et facilius ad ꝑfectam preceptoꝝ
obſeruantiam ꝑuenit̄· ¶ Ad q̄r-
tum dicenduȝ: ꝙ Auguſ· in verbis
illis intendit excludere quorundā
dictum: qui credebāt virginitatē
eſſe neceſſariam ſolum ad carendū
tribulatione corporis que in ma-
trimonio ſuſtinet̄· obſeruatio aūt
preceptoꝝ etſi ī hoc ſeculo fiet/ nō
tn̄ ꝑtinet ad hoc ſeculum: ſed fu-
turo ſeculo ꝯiungit· ¶ Ad· v· di-
cendū: ꝙ precepta ꝑtinēt ad acti-
uam et ad ꝯtemplatiuam vitam·
ꝯſilia vero ſunt inſtrumenta cōtē-
platiue vite· ſed ibi preceſſit men-
tio de preceptis ordinantibꝫ ad ꝑ-
ximum/ que ꝑtinent ad vitaȝ acti-
uam· ¶ Ad ſextum dicendum: ꝙ
etiam in ipſo exercitio preceptorū
contingit inueniri differentiam ꝑ-
fectionis et imꝑfectionis· vnde nō
pt̄ dici ꝙ numerus quinq3 miliū
ꝑtineat ad precepta: et numerus
quattuor milium ad conſilia· ſ3 p̄-
mum pertinet ad imperfectam ob-
ſeruantiā preceptoruȝ qualis etiā
in ſeculari vita interdum habet̄·
ſc̄d̄m vero ꝑtinet ad perfectam ob-
ſeruantiam preceptorum ad quaȝ
ordinant̄ conſilia· nec tn̄ quia p̄-
mo dominus pauit quinq3 milia
q̄3 quattuor milia/ oportȝ ꝙ aliq̄s
p̄us exererceat̄ in vita ſeculari/ q̄3
tranſeat ad religionem· quia etiā
religionem intrantes non ſtatim
perfectionem adipiſcuntur: ſed ad
perfectōnem conſequendam ſe ex-
ercitant· ſicut etiaȝ intrantes ſcho-
las logice non ſtatim efficiunt̄ lo-
gici: ſed ad hoc ſe exercitant· Vnd̄
et religio/ quedam ꝑfectōnis ſcho-
la eſt· ¶ Ad ſeptimum dicenduȝ:
ꝙ exempla que tradunt̄ in euā-
geliis ſunt exempla Chriſti/ que
pertinent non ſolum ad conſilia: ſ3
etiam ad perfectam obſeruantiam
preceptorum· Vn̄ ⁊ ibidem ſubdit
exemplū· vt hoc· Diſcite a me: q2
mitis ſum et humilis corde· ¶ Ad
octauum dicendum: ꝙ charitas
habet multos gradus· nam p̄mo
eſt charitas incipiens: et poſtea
proficiens: ⁊ vltimo perfecta· Vn̄
charitas in ſpirituali vita eſt prin-
cipium: et eſt finis· ¶ Ad nonum
dicendum: ꝙ obſeruatio conſilio-
ruȝ eſt difficilior actus q̄3 obſerua-
tio preceptoruȝ q̄ntum ad exterio-
res actus: tamen obſeruatio pre-
ceptorum perfecta q̄ntum ad in-
teriores actus eſt lōge difficilior·
Difficilius eſt enī deponere animi
cupiditates/ q̄m poſſeſſiones: ⁊ tn̄
difficilius eſt obſeruare exteriores
actus preceptorum ſine conſiliis/
q̄m cū conſiliis: ſicut ex premiſſis
patet· ¶ Ad decimum dicenduȝ:
ꝙ incipientes ſunt in ordine īſtru-
endorum ab aliis· et ideo ex pre-
cepto mouent̄ ad aliquid faciēdū/
tam in vita ſeculari/ q̄3 in religio-
ne· ſed q̄n iam ꝑficiunt̄/ opant̄ ex
interiori habitu quaſi ex ſeipſis:
nō ſolū ꝯſilia ſ3 etiā precepta ¶ Ad
xi· dicēd̄: ꝙ ſic̄ dictū ē: charitas ē
p̄ncipiū vite ſpūalis ⁊ finis· ⁊ id̄o
ip̄a precedit inchoata: tāq̄3 de eſſe
exiſtēs ſpūalis vite: et ipſa ſequit̄
tanq̄3 pertinens ad ꝑfectū eſſe ſpi-
ritualis vite: et tamen que ſūt de
bene eſſe: ordinant̄ ad ꝯſeruatōȝ
eoꝝ q̄ ſūt de eē rei· ¶ Ad· xii· dicē-
dū: ꝙ etiā ī diſciplinis priꝰ addi-

ſcıūt̄ ea p̄ q̄ alia p̄fectı9 ītelligunt᷑:
q̄uis illa facili9 ſit ītellıgē vł habē
ƒm cōmunē modū· ſıc̄ facili9 ē ſcıē
argumentari eo mō q̄ etıaʒ ıdıotę
vtunt̄ dialectica q̄dā / q̄ ſcire regu-
las logicas: et tñ p̄ręaddıſcunt̄ re-
gulę logicę: ad hoc ꝙ aliquis p̄fe-
ctus argumētari valeat / q̄ com-
muniter idiotę argumētant̄· et ſi-
militer facili9 ē obſeruare p̄ręcepta
ƒm imp̄fectū modū: q̄ obſeruare
ꝯſilia· et tñ qui tendūt ad p̄fectāʒ
p̄ręceptoꝝ obſeruātiaʒ / oportet ꝙ
incipiāt a ꝯſilijs: ſic̄ a quibuſdam
īſtrumētis· ¶ Ad· xiij· dō: ꝙ illa
q̄ dn̄s ſup̄addit nō ſūt ꝯſilia ꝫ p̄rę-
cepta vtʒ tū ex ipſis v̄bis dn̄i q̄ ibi
ponūt̄: tuʒ etiā ex expoſitōe Aug·
i li· de ſer· dn̄i ī mōte· ¶ Ad· xiiij·
dicendū: ꝙ obſeruantia p̄ręcepto-
ruʒ ƒm imp̄fectū modū / ē minimū
in vita ſpūali· ſed ē maximū ſi ob-
ſeruēt̄ p̄fecte· ¶ Ad· xv· dicendū:
ꝙ p̄fectiora euāgelij nō ſolū ſunt
ꝯſilia: ſed etiā p̄cepta vt ex dictis
patʒ· ¶ Ad· xvj· dicendū: ꝙ illud
a quo nō ꝯuertit̄ ꝯſequētia ſb̄ſiſtē-
di: etſi ſit p̄ius nat̄a quodāmō: nō
tñ oportet ꝙ ſemp̄ ſit p̄ius tp̄e· nō
em̄ in angelis viuere p̄cedit intel-
ligere: q̄uis om̄e intelligēs ſit vi-
uēſ· q̄ ſtati a p̄ncipio angeli vitā
p̄fectāʒ hn̄t: q̄ ē ītellectual̄· et ſilr̄
q̄ volūt plei9 p̄cepta cuſtodire ſta-
tim a p̄ncipio ꝯſilia aſſumē dn̄t / li-
cet nō oēs obſeruātes p̄cepta ob-
ſeruāt conſilia;

·xxv· ·q·

Q Verit̄ ſi carnalis copula
ſit d̄ ſb̄ſtātia mr̄imonij·
Et oſtēdit̄ ꝙ ſic· q̄ ſi a-
liq̄s ꝯtraheret cū aliqua tali con-
ditione / ꝙ nūq̄ carnali copulę ꝯ-
ſentiret / non eſſet matrimonium·
ergo conſenſus requirit̄ vtriuſq̄·
¶ Contra: virgo glorioſa vere ꝯ-
traxit: ⁊ tñ carnali copulę nō con-
ſenſit: vñ dicit̄ Lucę· j· Quo modo
fiet iſtud? qm̄ viruʒ nō cognoſco:
id eſt cognoſcere nō p̄pono· ¶ Sʒ
in mr̄imonio ꝯtrahēdo de lege cō-
muni requirit̄ conſenſus in carna-
lē copl̄aʒ aut nō erit matrimonū·
ſed de lege ⁊ priuilegio ſpāli aliter
ē· vbicūq̄ em̄ tria bona matrimo-
nij ſūt ſalua: ſcʒ fides proles et ſa-
cramētū / ibi ē mr̄imoniū: et tanto
purius q̄nto hec ſūt a ſordib9 re-
mota· vñ Auguſ· ꝯtra Juli· In il-
lo mr̄imonio Marię et Joſeph ō-
nia tria dixi bona ꝯiugū eſſe com-
pleta· fidē q̄ nullū adulteriū· p̄lē
q̄ ipm̄ dn̄m nr̄m Jeſum chriſtuʒ·
ſacramētū q̄ nullū diuortiū· ſi em̄
alit̄ q̄ p̄ ꝯcubitū p̄les p̄creari poſ-
ſet / ꝯiuges aptiſſime libidini cre-
derēt atq̄ illo malo vterent̄ male:
Et idē xxiij· ꝯtra Fauſtuʒ· Ne fide-
les chriſti id ꝙ ſibi coniuges car-
ne miſceāt̄ / tā magnū ī ꝯiugio de-
putarēt / vt ſine h̄ ꝯiuges eē ñ cre-
derēt: ꝫ poti9 dicerēt fidelia ꝯiugia
mlt̄o familiari9 ſe adherē mēbris
chriſti q̄m in eo potuiſſent ſeq̄ mē-
bra chriſti· dico g° ꝙ v̄go glorio-
ſa nec īplicite nec explicite ī copl̄aʒ
carnalē ꝯſēſit: niſi ſic̄ nuptui etiaʒ
ꝯſēſit: nec etiā vid̄t̄ Joſeph exp̄ſſe
ꝯſēſiſſe vñ cū eēt ſibi notū / ꝙ v̄° g̃-
uida eēt d̄ ſpūſcō / aliā ſpōſā nō q̄ſi-
uit· ¶ Ad p̄m̄ dō: id p̄cedit d̄ mr̄i-
monio d̄ ſtatu ꝯni· itē p̄t hō coh̄bē
cū p̄poſito nūq̄ mr̄imo⁹ ꝯſumādi
ñ tñ cū pacto h9 vł ꝯditōe / ꝙ verū
mr̄io⁹ ñ ītēdat ꝯſūare: vł a ꝯſūa-
tōis iure reſilire· In v̄gie aūt fuit a-
liud q̄ hēbat familiarē īſtīctū ſpūſā-
cti ꝙ v̄gitatē nūq̄ p̄derz ⁊ h̄ p̄poſi-
tū hēbat dicendo: viꝝ ñ cognoſco·
hanc queſtōeʒ nōnulli nō hn̄t;

Quodlibetū· v·

Q Veſitū ē d̄ dō āgel̄ ⁊ hoī-
b9 d̄ deo q̄ſitū ē et q̄ntum
ad natāʒ d̄ıuā et q̄ntū ad
natāʒ aſſūptaʒ· q̄ntū ad natāʒ di-
nā q̄ſitū ē d̄ ſcia ⁊ potētia di· Circa
ſciētiā di q̄ſita ſūt duo· p̄° vtꝝ de9
ſciat p̄m̄ iſtās ī q̄ potuit creaē mūdm
ſcd̄o vt̄m p̄ſciti a dō p̄nt d̄mereri;

¶ Prima queſtio

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ deus ſciat pri-
mum inſtãs in quo potu-
it creare mundum/ deus eñ potu-
it creare mundum anteq̄ creauit
non autem potuit creare ipſum in
infinitum ante. quia ſic eſſet ei co-
eternus. ergo eſt dare aliquod
inſtans in quo primo potuit cre-
are mundum. ¶ Sed contra: deus
nihil ſcit qđ eius omnipotentie p̄-
iudicat. preiudicaret aũt eius po-
tentie/ ſi eſſ; aliqđ inſtans in quo
pⁱmo potuit creare mundum. quia
ſic eius potentia ad illud inſtans
limitaret. ergo deus neſcit primuz
inſtans in quo potuit creare mũ-
dum. ¶ Reſponſio dicendum: ꝙ
dupliciter dicit aliquid fieri in ali-
q̃ menſura loci vel temporis. Vno
modo preſuppoſita ipſa menſura:
& ſic particulares effectus produ-
cunt a deo: vel ab alijs agentibꝰ in
loco vel in tempore. Alio modo vt
ſimul cũ eo quod fit/ ꝓducat men-
ſura loci vel temporis. & hoc modo/
mundus in eſſe a deo ꝓducit. non
equidem quaſi ĩ aliquo loco vel tẽ-
pore preexiſtente: ſed ꝙ ſimul cum
mundo/ et locus et tempus ꝓdu-
cit. Vñ aliter eſt intelligendum
cũ dicit ꝙ deꝰ potuit facere aliquẽ
particularem effectum: puta ho-
minem vel equũ/ anteq̄ fecerit: vel
etiam alibi q̄ fecerit: et aliter cũ hꝰ
de mundo dicit. Nã cũ de homine
vel de equo hoc dicit/ ſignificatur
aliquod tempus vel locus aliquis
eſſe in quo homo a deo fieri potuit
ſed cũ hoc de mundo dicit/ nõ ſigni-
ficat ꝙ ſit aliquod tempus ante
mundum: nec aliquis locus extra
ipſum: ſed ſignificat ꝙ deus potu-
it menſuraz loci vel temporis mũ-
di/ facere maiorem. Si ergo que-
ratur: Vtrum deus potuerit mun
dum facere in infinitum anteq̄ fe-
cerit. Si hoc quidem refert ad po-
tentiam facientis/ manifeſtuz ē ꝙ
in infinitum ante facere potuit. dei
eñ potentia ē eterna: cui nihil ac-
creſcere potuit: vt ſcʒ inciperet qñq̄
poſſe facere mũdũ cũ pⁱus nõ potu-
erat. Si vero referat ad ipſuz mũ-
dũ/ ſic nõ potuit fieri vt eſſ; ſemꝑ/
ſuppoſita catholice fidei veritate: q̃
mũdũ qñq̄ nõ fuiſſe habet. Sicut
eñ deus non pt facere vt quod fu-
it nõ factũ eſſet (vt infra dicet) ita
nõ pt facere/ vt qđ fuit qñq̄/ nũq̄
fuerit. Scđm hũc gº ſenſum dicit:
ꝙ deus nõ potuit mundũ facere in
infinitũ anteq̄ faceret. Sed et hoc
intelligendũ ē: ꝙ ĩfinitũ capit du-
pliciter. Vno modo in actu: et ſic di
cit ſꝫm modũ predictum: ꝙ deꝰ nõ
potuit mundum facere in infinitũ
anteq̄ faceret id ē ꝙ duratio mũdi
in ĩfinitũ anteq̄ fieret preceſſerit.
Alio modo dicit infinitũ ſꝫm poten
tiã. et ſic potuit deus in infinitum
mũdum facere anteq̄ fecerit. quia
qñtocũq̄ det eũ añ feciſſe: adhuc
potuit eũ pⁱꝰ facere: & ſic nõ ē dare
pⁱmum inſtãs: in quo deus potuit
facere mundum. Eſt autem dare
pⁱmum inſtans: in quo fecerit: ſic
etiaz eſt dare ſupremũ vbi ſcʒ vſq̄
quo deus mundum fecerit. nõ ta-
men eſt dare ſupremum/ vltra qđ
facere mundum non potuerat. Et
ſic patʒ queſtio vera;

.ij. .q.

AD ſecundum ſic procedi-
tur. Videtur ꝙ preſciti a
deo non poſſunt demereri.
ſicut eñ aliq̃ ſunt electi a deo ab et-
no ad gratiaz habendam: ita etiaz
aliqui ſunt preſciti a deo: ad hoc ꝙ
ſue nature relinquatur. ſed natu-
ralibus non meremur/ nec deme-
remur. ergo preſciti a deo/ non de-
merentur. ¶ Sed contra nullꝰ dã-
nat niſi ꝓpt demeritum: cũ ſit deꝰ
iudex iuſtus. ſed preſciti damnan-

tur a deo · ergo demerent̄ ¶ R̄n̄ſio
dicendū: ꝙ ſcientia dei compatur
ad res creatas ſicut ars ad artifi-
ciatas · vnde ſicut ars nō ſolum eſt
cognoſcitiua / ſed factiua eoꝝ que
ſm̄ artez fiunt · peccatoꝝ vero q̄ bꝫ
ab artis regulis deuiat̄ / ē cognoſci
tiua tm̄: ita etiā ſciētia dei ē factiua
⁊ ꝯgnoſcitiua oīm bonoꝝ · maloꝝ
vero ſiue peccatoꝝ / q̄ ſūt deuiatōs
quedam ab eterna gloria et lege
ipſius / ſciētia dei eſt cognoſcitiua:
nō aūt cauſatiua · et ſic patꝫ ꝙ bo-
mi q̄ ꝑ gratiā iuſtificāt̄ / nō ſolū ſūt
a dō ab et̄no ꝑcogniti: ſꝫ etiā electi
ad gratiā habēdā · peccatores aūt
qui nō iuſtificant̄ ꝑ gratiā nō ſūt
electi vel preordinati a deo ad cul-
pam · ſed ſoluꝫ preſciti ꝙ non ſint
gratiam habituri · ſed ſue nature
ſūt relinquēdi · qꝛ vero omne agēs
poteſt in illud quod eſt infra ſe: nō
autem in illud quod ē ſup̄ ſe · Na-
tura igit̄ ſibi relicta / nō pt̄ in actuꝫ
meritoriū qui eſt ſup̄ facultatē na-
ture · pt̄ aūt in actū peccati qui eſt
demeritorius: ſic in aliquod infra
naturā humanā exiſtens · Homo
enī peccando deſcendit a dignitate
ſue nature: et ſic patꝫ ꝙ ꝑſciti pn̄t
demereri · ¶ Ad pmū g° dicendū:
ꝙ lꝫ qd̄ dr̄: ꝙ natalibꝫ n̄ meremur
nec demeremur / pt̄ itelligi duplr̄ ·
Vno° ſic: ꝙ natalia nō ſūt demeri
ta vel merita: et ſic veꝝ ē · qꝛ merita
ſūt ſup̄ naturā · demerita ꝯtra na-
turam · Alio modo poteſt intelligi
ſic: ꝙ naturalia non ſint principia
merendi vel demerendi: et ſic falſuꝫ
eſt · naturalia enī adiuta ꝑ gratiā /
ſūt pncipia merendi · ſibi aūt dere-
licta poſſunt eſſe pncipia demerē-
di: vt dictum eſt · ;

DEinde circa potentiam dei
queſita ſunt duo · Primo
vtꝝ de9 poſſit v̄gīnē cor-
ruptā r̄pare · Scd̄o vtꝝ de9 poſſit
peccare ſi vult vel ſi vellꝫ ; · iij · q ·

AD primum ſic proceditur ·
Videt̄ ꝙ deus poſſit vir-
ginem corruptam repa-
re · ad omnipotentiam enī dei ꝑti-
net ꝙ non ſit impoſſibile apud de-
um omne verbum: vt dicit̄ Luce ·
j · ſed hoc eſt quoddam verbū / vir-
ginem reparare poſt lapſuꝫ · ergo
deus poteſt virginez reparare p9
lapſum · ¶ Sed contra eſt quod
Hiero · dicit: cū deus cetera poſſit /
non poteſt reparare virginem p9
ruinam · et habet̄ in decreto · xxxij
q · v · ca · ſi paulus · ¶ R̄n̄ſio dicen-
dum: ꝙ in virginitate duo conſi-
derare poſſumus: quoꝝ vnū eſt i-
tegritas ipſa mentis ⁊ corporis · ⁊
ſic deus virginem reparare poteſt
poſt ruinam · poteſt enī ⁊ mentem
reintegrare per gratiam: et corp9
conſolidare per miraculum · Alia
autem eſt cauſa integritatis pre-
dicte · quia ſcilicet mulier vel virgo
non fuit cognita a viro: et qn̄tum
ad hoc deus non poteſt virginem
poſt ruinam reparare: non enī pt̄
facere vt ea que iam eſt cognita a
viro nō fuerit cognita: ſicut nec de
aliquo quod factum eſt / poteſt fa-
cere ꝙ factum non fuerit · potentia
enim dei ſe extendit ad totum ens ·
vnde ſolum illud a dei potentia ex-
cluditur / quod repugnat rationi
entis · et hoc eſt ſimul eſſe et nō eſ-
ſe · et eiuſdem rationis eſt quod fu
it nō fuiſſe · Vnde Auguſtinus di-
cit · xvj · li · ꝯtra Fauſtum · Quiſq̄s
dicit / ſi omnipotens eſt deus / faci-
at vt ea que facta ſunt facta non
fuerint / nō videt ſe hoc dicere: faci-
at vt ea que vera ſunt eo ipſo quo
vera ſunt falſa ſint · ¶ Ad argumē-
tum ergo dicendum: ꝙ cum ver-
bum ſit conceptus mentis / nihil
quod implicat contradictionez v̄-
bum dici poteſt · quia non cadit in
conceptu mentis: vt probatur in
quarto Metaphiſice ;

¶ Queſtio quarta

Ad ſecundū ſic ꝓcedit᷑. Vi-
det᷑ ꝙ hec ſit falſa deus po-
teſt peccare ſi vult. ꝺ quo-
cūqꝫ em̄ poſſum dicere ꝙ hō poteſt
facere illud ſi vult / poteſt etiā dici
ſimplicit᷑ ꝙ homo poteſt facere il-
lud. ſi ergo hec ꝓpoſitio ē vera / de-
us poteſt peccare ſi vult / ſequitur
ꝙ hec ſit vera: deꝰ poteſt peccare.
ſed hoc eſt erroneū ergo et p̄imuꝫ.
¶ Sed contra: quicūqꝫ vult pecca-
re peccat. ſed ſequit᷑ ſi deus peccat /
poteſt peccare. ergo ſequit᷑ ſi vult
poteſt peccare. ¶ Rn̄ſio dicendū:
ꝙ hec ꝯiūctō ſi ordinem quendaꝫ
importat. poteſt aūt ī ꝓpoſito du-
plicem ordinem importare. vno q̇-
dem modo ordinem cauſe ſiue pri-
cipij. et hoc modo ꝓpoſitio falſa ē.
voluntas em̄ dei eſt principium et
cauſa reſpectu creaturaꝝ. nō autē
reſpectu eoꝝ que ꝑtinēt ad diuinā
naturā. Vnde nō dicimꝰ ꝙ pater
genuit filiū voluntate ſed natura-
liter: vt patꝫ p̄ Hila. in libro ꝺ ſy-
nodis. potentia aūt dei / ad ipſam
naturam diuinā ꝑtinet. vn̄ hoc ip-
ſum quod eſt poſſe peccare / nō eſt
ſubiectū diuine volūtati. alioquin
volūtas dei eēꝫ principiū immuta-
tionis diuine nature quod eſt im-
poſſibile. Alio modo poteſt impor-
tare ordinē ꝯſequētie: ⁊ ſic hec lo-
cutio eſt vera. ſi deus vult peccare
poteſt peccare. ſequit᷑ em̄ ſine con-
ditōne: ſi argumētamur ex impoſ-
ſibili poſito. deꝰ vult peccare. ergo
poteſt peccare. om̄ia em̄ que vult /
poteſt. ſꝫ nō econuerſo. ¶ Ad ar-
gumentum ergo dicendū: ꝙ cū di-
cit᷑ ſi hō vult currere poteſt currere
antecedens eſt poſſibile: et ideo ꝯ-
ſequēs ſimilit᷑ eſt poſſibile. ſed cuꝫ
dicit᷑ ſic: ſi deus vult peccare poteſt
peccare / an̄cedēs ē impoſſibile: vn̄
nihil ꝓhibꝫ ꝯditōnalem eſſe veraꝫ
antecedente exiſtente impoſſibili;

Deinde qn̄tū ad naturaꝫ aſ-
ſumptaꝫ queſita ſūt duo.
Primo vtrum totus ſan-
guis quem Chriſtus in ſua paſſi-
one effudit in reſurrectōne ad cor-
pus eius redierit. Secundo in q̄
Chriſtus nobis maius ſignum di-
lectionis exhibuerit. vtrum ī hoc
ꝙ paſſus eſt pro nobis: vel in hoc
ꝙ corpus ſuum dedit nobis ſub ſa-
cramento; .v. .q.

Ad primum ſic proceditur.
Videtur ꝙ totus ſanguis
Chriſti qui eſt in paſſione
eius effuſus / ad corpus eius in re-
ſurrectione redierit. reſurrectio em̄
noſtra cōſimilis erit reſurrectioni
Chriſti. ſ̄m illud ad Philippēſes
tercio. Reformabit corpus humi-
litatis noſtre configuratum corpi
claritatis ſue. ſed ad corpus nr̄m
in reſurrectione redibit totum qḋ
fuit de veritate humane nature.
ſanguis autem Chriſti in paſſio-
ne effuſus / fuit de veritate huma-
ne nature: et ſacer dicit᷑: ſ̄m illud
quem ſacer cruor perunxit / fuſus
agni corpore. ergo videtur ꝙ ille
ſanguis Chriſti ī paſſione effuſus
ī reſurrectione ad corpus eius re-
dierit. ¶ Preterea. verbum dei nūqꝫ
depoſuit quod in natura noſtra aſ-
ſumpſit: partibus humane natu-
re in paſſione ab inuicem ſeꝑatis
ſed verbum dei aſſumpſit in natu-
ra noſtra nō ſolū corpus: ſed etiā
ſanguinē. g° ſanguis ille nūqꝫ fuit
a v̄bo depoſitꝰ. rediīt g° ad ipſū in
reſurrectōe ¶ Sꝫ ꝯtra ē ꝙ ī aliqḃꝫ
eccleſijs ſāguis Chriſti vſqꝫ hodie
dicit᷑ ſeruari. Rn̄det᷑ ꝙ ī reſurrectō-
ne tā chriſti qꝫ nr̄a / totū qḋ fuit de
veitate hūane nat᷑e rꝑabit᷑: nō aūt
illa q̄ ꝺ veritate hūane nat᷑e nō fu-
erūt. Et qꝫuis circa ea q̄ ſūt ꝺ veri-
tate hūane nat᷑e ſit diuiſa diuiſoꝝ
opinio. ſ̄m q̄nlibꝫ tn̄ opinionū nō
totꝰ ſāguis nutrimētalis: q̇ ex ci-

bis generat⁹ ptinet ad veritatem humanę naturę. Cū ergo christ9 añ paſſionē ſuā cōmedit et bibit/ nihil prohibet in eo fuiſſe aliquem ſāguinē nutˀmētalē : q̄ ad veritatē humanę naturę nō pertinebat : et quē nō oportet ad corpus eius in reſurrectione redire. ſed qꝛ ſpecialiter fit queſtio de ſanguine in paſſione eius effuſo ꝓ redemptōe humani generis / de hoc magis videt̄ dicendū : ꝙ totus ſanguis in reſurrectione ad corpus christi redierit quod patet triplici ratione. Quarū pⁱma accipi poteſt ex etate christi patientis. paſſus eſt em̄ in perfectiſſima etate : ī qua maxime ea que ī homine inueniūt̄ / ad veritatē humanę naturę ptinere videt̄. tanq̄ ad maximā pfectionē deducta. Secūda ſumit̄ ex merito paſſionis. Si em̄ ſanctoꝝ martyrum illę ptes in quibꝰ paſſionē ꝓ christo ſuſtinuerūt / quendā puilegiatum vulgorem ī reſurrectione habebunt : vt Auguſ. dicit. xxj. de ci. dei. g° multo magis ſanguis christi quē ꝓ ſalute humani generis effudit ad glorioſam reſurrectionem repatus eſt. Tercia ratio pt̄ ſumi ex ipſa virtute paſſionis. ſāguis em̄ ille ī paſſione effuſus / humanū genus ſanctificauit / ſꝫm illud ad Hebrę. vltimo. Jeſus vt ſanctificaret p ſanguinē populum ſuum / extra portaꝫ paſſus eſt. humanitas aūt christi ſalutiferā virtutem habuit ex virtute verbi ſibi vniti vt Damaſ. dicit in. iij. libro. vnde manifeſtum eſt : ꝙ ſanguis christi in paſſione effuſus / q̄ maxime fuit ſaluber fuit diuinitati vnitus. et ideo oportuit ꝙ in reſurrectione iungeret̄ alijs humanitatis partibus. ſanguis aūt christi qui ī quibuſdam eccleſijs oſtēditur dicit̄ ex quadam imagine christi pcuſſa / miraculoſe effluxiſſe : vel etiā aliās ex corpore christi. et p hoc patꝫ reſpōſio ad obiecta.

.vj. .q.

Ad ſecundum ſic procedit̄. Videt̄ ꝙ christus maius ſignum dilectōis nobis oſtendit tradendo corpus ſuum in cibum : q̄ patiēdo pro nobis. charitas em̄ patrię pfectior ē q̄ charitas vię. ſed bñficiuꝫ illud qd christus nobis ꝯtulit / corp9 ſuū dans nobis in cibū / magis aſſimilat̄ patrię charitati q̄ plene fruemur dō. paſſio aūt quā ꝓ nobis ſubijt / magis aſſilat̄ charitati vię : ī q̄ nobis ꝓ christo imminet patiēdū. g° maius ē dilectōis ſignū ꝙ christ9 corpus ſuū t̄didit nobis in cibuꝫ q̄ ꝙ paſſus ē ꝓ nobis. ¶ Sꝫ ꝯtra ē qd dicit̄ Joan. xv. Maiorē charitateꝫ nemo hꝫ vt aīmā ſuā ponat qs ꝓ aīcis ſuis. ¶ Rñ dicēd : ꝙ illud qd ē potiſſīᵐ in vnoq̄ gn̄e eſt mēſura omniū eoꝝ que ſūt illi9 gn̄is. vtꝫ p Phm̄. x. meta. Potiſſīᵐ autē in gn̄e amoris hoīm ē amor q̄ q̄s amat ſeipm. et ideo ex hꝫ amore nc̄e eſt menſuram accipe omnis amoris : quo quis aliū amat. vñ et in. ix. ethi. Phūs dicit : ꝙ amicabilia que ſūt ad alterum / inueniunt̄ ex amicabilibꝰ que ſunt ad ſeipſum. pertinet aūt ad amorem quo quis amat ſeipſum vt velit ſibi bonum. vnde tanto aliquis alium magis probatur amare / quanto magis bonum quod ſibi vult / propter amicū pręter mittit. ſꝫm illud prouerbiorum. xij. Qui negligit dānuꝫ ꝓpter amicuꝫ iuſtus eſt. Vult aūt homo ſibi triplex bonū pticulare. que ſūt aīma corpus et res exteriores. ē g° aliquod ſignū amoris / ꝙ aliquis in rebꝰ exterioribꝰ propter alium detrimentum patiatur. Maius autem amoris ſignum eſt / ſi etiam corporis proprij detrimentum patiatur : vel la

bores vel verbera ꝓ amico ſuſtinē-
do· Maximũ aũt dilectõis ſignũ
eſt/ ſi etiã animam ſuam deponere
velit pro amico moriendo: ꝙ ergo
chriſtus pro nobis patiendo ani-
mam ſuam poſuerat maximuꝫ fu-
it dilectionis ſignum· ꝙ autem
corpus ſuum dedit ĩ cibum ſub ſa-
cramento/ ad nullum detrimentuꝫ
ipſius ꝑtinet· vnde patet ꝙ ꝑmũ
eſt maius dilectionis ſignum· vñ
⁊ hoc ſacramentum eſt memoria-
le quoddam et figura paſſionis
chriſti· veritas autem preminet fi-
gure· et res memoriali· ¶ Ad p-
mum ergo dicendum: ꝙ exhibitõ
corporis chriſti in ſacramento ha-
bꝫ figuram quandam charitatis·
qua diligit nos deꝰ in patria· Sꝫ
paſſio eius pertinet ad ipſam dei
dilectionem nos a perditione ad
patriaꝫ reuocantem · dilectio au-
tem dei non eſt maior in patria ꝙ̃
ſit in preſenti via;

·vñ· ·q·

D Einde circa angelos que-
ſitum eſt vnum · ſcilicet v-
trum Lucifer ſit ſubiectuꝫ
eui· Et videtur ꝙ ſic· ſicut ſubiectũ
temporis eſt primum temporale
ſimpliciſſimum/ ita ſubiectum eui
videtur eſſe ſimpliciſſimum euiter-
num· hoc autem eſt Lucifer: qui in-
ter angelos ſupremus fuit ſcḋm ſuã
naturam creatus· Euum autez nõ
reſpondet gratie ſed nature: alio-
quin corpora celeſtia que non ſunt
ſuſceptiua gratie euo menſurari
non poſſunt· cum ergo dona natu-
ralia integra remanſerunt in de-
monibus poſt peccatum· ſicut Di-
onyſiꝰ dicit quarto capitulo de di-
uinis nominibus/ videtur ꝙ euuꝫ
ſit in Lucifero ſicut in ſubiecto·
Sed contra euum eſt quedam et-
nitatis participatio· ſed angeli be-
ati magis ſunt in participatione
eternitatis ꝙ̃ Lucifer qui eſt bea-
titudinis expers· ergo Lucifer nõ
eſt ſubiectum eui: ſed magis ſupre
mus bonoꝝ angeloꝝ· ¶ Reſpon-
ſio dicenduꝫ: ꝙ ex ignorantia lin-
gue grece prouenit/ ꝙ communiter
apud multos euum ab eternitate
diſtinguatur/ ac ſi diſtingueretur
antropus ab homine· quod enim
in greco dicitur euon in latino di-
citur eternitas· ⁊ ſic etiaꝫ Diony-
ſius ·x· ca· de diui· no· ꝑ eodeꝫ vtitr
eternitate et euo: ſed ꝙꝛ noĩbꝰ vtē-
dũ eſt vt plures vtrũqꝫ diſtingua
mꝰ ab inuicē· euũ eñ nihil aliud ē
ꝙ̃ eternitatis ꝑticipatio: vt eſſen-
tialr eternitas ipſi deo attribuatr·
euũ aũt quaſi ꝑticipata eternitas
ſbſtãtiis ſpũalibꝫ que ſũt ſuꝑ tpꝰ
ꝙꝛ vero id qḋ ꝑ eẽntiã dicitr/ ſemꝑ ē
mẽſura ipiꝰ qḋ dicitr ꝑ ꝑticipatõꝫ/
pt dici ꝙ ꝑma mẽſura omniũ euitr
noꝝ/ ē ipa dei eternitas· ſic etiã ſb-
ſtãtia dei ē mẽſura oĩs ſbe vt dicit
cõmẽtator in ·x· meta· Si q̃s tñ
velit accipe mẽſurã homogeniã id
ē euſdē generis· dicũt q̃dã: ꝙ nõ
ē vna mẽſura omnis· ſed qḋlibet
euiternũ hꝫ ſuũ euũ· ſꝫ iĩ ꝓpriã voceꝫ
ignorãt· ſic eñ eſſꝫ veꝝ qḋ dicũt/ ſi
omnia euiterna eſſent equalia· ſic eñ
vnũ eoꝝ nõ eſſet euũ et mẽſura al-
teriꝰ· hoc aũt nõ ē veꝝ· ꝙꝛ quaſi in
angelis ē accipe ꝑmũ mediũ ⁊ vl-
timũ: nõ ſolũ ſcḋm diuerſas hierar-
chias et ordines· ſꝫ etiã ſcḋm diuer-
ſos angelos in eodē ordine vt ptꝫ
ꝑ Dio· x· ca· cele· hie· Et ꝙꝛ ſemꝑ
id quod ē ſimpliciſſimũ ē mẽſura ĩ
q̃libꝫ genere ſic dicitr ·x· meta· ideo
nẽce ē vt duratio ſimpliciſſimi eui-
terni/ ſit euũ omniũ euitrnoꝝ· et il-
lḋ ſimpliciſſim euiternũ ē ſbiectũ eui·
Sꝫ attẽdẽdũ ē ꝙ ſbe ſpũales mẽ-
ſuratr euo ñ ſolũ qñtũ ad eaꝝ ſbaꝫ:
ſꝫ etiã qñtũ ad eaꝝ ꝓpiaꝫ opatõꝫ·
Vñ in libro de cauſis dicitr: ꝙ ſũt ĩ
momẽto eternitatis ſcḋm ſbſtantiã
et operatõnē· Et ſic optꝫ ꝙ ille an-

gelus qui eſt ſubiectuȝ ꝗui ſit ſim-
plicíſſim⁹ / nō ſolū q̄ntū ad eēntiā:
ſed etiā q̄ntū ad oꝑatōnē. Talis
aūt eſt ſupremus boноꝝ angeloꝝ
cui⁹ oꝑatio maxīe eſt in vno vni-
ta: quod eſt deus. vn̄ ſuprem⁹ bo-
noꝝ angeloꝝ eſt ſubiectuȝ ꝗui / nō
aūt Lucifer. ¶ Ad primum ergo
dicendum: ꝙ aliqui poſuerūt Lu-
ciferū nō fuiſſe ſupremum angelo-
rum: ſed ſicut Damaſ. dicit fuit ꝑ-
mus eoꝝ qui pꝛeerant oꝛdini ter-
reſtri. ſi vero concedim⁹ ſ͠m Greg.
ꝙ fuerit ſupremus omniū / tūc di-
cendum eſt: ꝙ ſua oꝑatio auerſa
eſt ab vno ꝑmo: et ꝯuerſa ad ml̄-
titudinem rerum inferioꝝ quaruȝ
primatum appetijt. Et ſ͠m hoc de-
mones dicunt᷑ mali: et deciderunt
a ſuꝑma ſimplicitate ꝗui. vn̄ Dio.
dicit. iiij. ca. de di. no. ꝙ demones
dicunt᷑ mali ꝓpter hoc ꝙ infirmāt᷑
circa operationem naturalem;

Einde queſitum eſt eſt de
hominibꝫ. Et primo q̄ntū
ad ea que poſſunt eē om-
nibꝫ cōmunia. Scđo q̄ntuȝ ad ea
que ꝑtinent ad quoſdam ſtatus
hoꝝ. ¶ Circa cōmunia queſitū eſt
quadruplíciter. Primo quidem de
ijs que ꝑtinent ad naturam homi-
nis. Scđo de ijs que ꝑtinēt ad ſa-
cramenta. Tercio de ijs que perti-
nent ad virtutes. Quarto de ijs q̄
ꝑtinent ad pꝛecepta ¶ Circa ꝑmū
queſita ſunt tria. Primo q̄ntū ad
ꝑſonas hominū. vtrum ſcȝ ſi Adaȝ
nō peccaſſet iidem homines ſalua-
rent᷑ qui nunc ſaluant᷑. Scđo q̄n-
tum ad intellectū. vtꝝ ſcȝ verbum
coꝛdis ſit ſpecies īntelligibilis. Ter-
cio q̄ntum ad voluntatem. vtꝝ ſcȝ
ea que per timorem fiunt ſunt vo-
luntaria;

.viij. .q.

Ad primum ſic pꝛocedit᷑.
Videtur ꝙ ſi Adam non
peccaſſet non iidem ſalua-
rentur homines qui nō ſaluant᷑.
ſi enim Adam non peccaſſet ſoli e-
lecti naſcerentur. ergo nō fuiſſent
nati illi peccatores qui finaliter ſūt
repꝛobati. et per ꝯſequens eorum
filij non fuiſſent nati. quia ſi non
ſunt iidem patres / conſequens eſt
nec filios eſſe eoſdem. multi auteȝ
nunc ſaluant᷑ ex repꝛobis ꝑntibꝫ
nati. ergo ſi Adam nō peccaſſet nō
iidem ſaluarent᷑ qui nunc ſaluāt᷑.
¶ Pꝛe. ſ͠m Phm̄ in ſcđo de anima
ſemen eſt ſuperfluuȝ alimenti. ſed
alijs cibis homo vſus fuiſſet in pa-
radiſo ſi non peccaſſet ab ijs quibꝫ
nunc vtit᷑. ergo aliud fuiſſȝ ſemen:
et per conſequens alij filij. ¶ Sed
contra eſt quod Gre. dicit. iiij. mo-
ralium. ſi primum parentem nul-
la putredo peccati coꝛrumpereȝ / ne-
quaq̄ȝ ex ſe filios gehēne genera-
ret. ſed ij qui nunc per redemptio-
onē ſaluandi ſunt ſoli ab eo electi
naſcerent᷑. ¶ Reſponſio dicendū:
ꝙ cum in generatione hominis ſic̄
et alioꝝ animalium ſemen patris
ſit agēs / materia vero a matre mi-
niſtrata ſit ſicut patiens / ex q̄ coꝛ-
pus humanum foꝛmat᷑ / impoſſi-
bile eſt eundem filium naſci ſiue ſit
alius pat᷑ ſiue alia mat᷑. ſic̄ etiā nō
ē idem nuio ſigillū: ſiue ſit alia cera
ſiue aliud coꝛpus ſigilli: ex cui⁹ im-
pꝛeſſione cera ſigillat᷑. et q̄uis ſu-
ꝑfluū alimēti ſit ſemen ſ͠m Phm̄.
diuerſitas tn̄ alimētoꝝ / non ſuffi-
ceret ad diuerſificandū filios: qui
ex ſemine naſcūt᷑. ꝙ ex illis cibis
nō ſumit᷑ ſemen: niſi q̄ten⁹ aliq̄lit᷑ ī
ſbam ꝑntū ꝯuertunt᷑. Dicunt au-
tē quidā ſequentes Anſhelmuȝ ꝙ
ſi hō nō peccaſſet in illa prima ten-
tatione / ſtatim confirmatus fuiſ-
ſet: ⁊ ipſe et omnes q̄ ab eo naſce-
rent᷑ fuiſſent electi. vn̄ cū nūc mlt̄i
qui ſaluant᷑ / ex peccatoribꝫ naſcāt᷑:
ſicut in obiiciendo tangebat᷑ / con-
ſequēs eſt ꝙ eſſent alij ꝑntes ſal-

uandoꝝ: et alij etiā per ꝯſequens filijs. ſed hec poſitio nō videtᷣ eſſe vera. qꝛ ſm Auguſ. xiiij. ꝺ ciui. dei. Status corporis in homine ꝓporcionabiliter reſpondꝫ ſtatui aīe. qn̄diu ergo homo habuit corpus animale potens mori et non mori indigens alimentis / tandiu habuit animam potentem peccare et non peccare. habuit autēʒ corpus aīale qn̄diu fuit ī ſtatu generādi quod etiā fuiſſet ſi poſt illam pᷓmā tentationem non peccaſſet. et ideo poſſibile fuiſſet ꝙ ſi primus hō nō peccaſſꝫ / ꝙ etiā ipe vel ei9 poſteri / poſtmodum peccarent. vt Hugo de ſancto Victore dicit. vnde ex h̄ non ſequitᷣ parentum diuerſitas: ꝙ nunc ſunt aliqui peccatores / tūc autem nō eſſent: ſed eſt aliud vnde neceſſe eſt ponere diuerſitatem parentum. quia in primo ſtatu vnus homo non habuiſſet plures vxores. nec etiam aliqui ex fornicatione vel adulterio naſcerentur: quod nunc contingit etiam in ijs qui ſaluantᷣ. multi enim filij vnius parentis ex pluribus vxoribꝫ nati ſaluantur: ſicut patet de filijs Jacob. multi etiam ex fornicatione vel adulterio nati. alioquin eis fruſtra ſacramenta ſalutis adhiberentᷣ. Unde relinquitᷣ ꝙ aliqui nunc ſaluantᷣ: qui ſi primus homo non peccaſſet / non naſcerentur: ⁊ per conſequens non ſaluarentur. nec tamen dei predeſtinatio falleretur. quia deus predeſtinauit homines habens ſcientiam futuri euentus. Quod vero Gregorius dicit ꝙ ſi primus homo non peccaſſet / nequaquam ex ſe filios iehenne generaret / īdubitanter verum eſt. non enim in filios transfunderet peccatuꝫ originale: ſcd̄m ꝙ homines filij ire naſcuntᷣ. quod autem ſubdit. ꝙ hi ſoli qui nunc ſaluandi ſunt naſcerentur / intelligendum eſt ꝙ pronomen hi faciat ſimplicem demonſtrationem. quia ſoli electi naſcerentur: quātum eſt ex ratione originis / non autem demonſtratōnem perſonalem. quia alie pſone eſſent hominum qui ſaluarentur. Et ꝑ h̄ patꝫ reſpōſio ad obiecta;

·ix· ·q·

Ad ſecundum ſic proceditᷣ. Videtᷣ ꝙ verbum cordis ſit ſpecies ītelligibilis. verbum enim cordis eſt / quo intellectus videt. hoc autem eſt ſpecies intelligibilis. ergo verbum cordis eſt ſpecies intelligibilis. ¶ Preterea cognitio intellectiua a ſenſu oritᷣ. ſed illud quod ſenſus ſentit ē ſpecies ſenſibilis. ergo verbum cordis quo intellectus intelligit / eſt ſpecies intelligibilis. ¶ Sed contra. verbum cordis interius eſt quod exteriori verbo ſignificatᷣ. ſed verbum exterius non ſignificat ſpeciem intelligibilē. ergo verbū interius nō eſt ipſa ſpecies intelligibilis. ¶ Reſpō dicendum: ꝙ ſm Auguſ. xv. de trin. Verbum cordis importat quoddam procedens a mēte ſiue ab ītellectu: īqn̄tū ē ꝯſtitutū ꝑ operationē ipſius. Eſt aūt duplex operatō ītellect9 ſm Philoſophū. iij. ꝺ anima. Una quidē que vocatᷣ ſimpliciū intelligentia ſiue indiuiſibiliū: ꝑ quā ītellect9 format in ſe pᷓmo diffinitionē vel ꝯceptū alicui9 incōplexi. Alia aūt opatō ē intellect9 ꝯponētis ⁊ diuidētis. ſm quā format enūciatōnē. et vtrūqꝫ iſtoꝝ ꝑ opationē intellect9 ꝯſtitutoꝝ vocatᷣ verbū cordis Quoꝝ pᷓmū ſignificatᷣ ꝑ tᵉminū. ſcd̄m vero ſignificatᷣ ꝑ oratōꝫ. Manifeſtū ē aūt ꝙ oīs opatō ītellect9 ꝓcedit ab eo ſm ꝙ ē fact9 ī actu ꝑ ſpēʒ ītelligibilē. qꝛ nihil opatᷣ niſi ſm ꝙ ē ī actu. Uñ neceſſe ē ꝙ ſpecies intelligibilis que eſt princi-

cipium operationis intellectualiſ
differat a verbo cordis quod ꝑ ope
rationem intellectus formatᷣ : ꝗꝫ ſ
uis ipſum verbuꝫ poſſit dici forma
vel ſpecies intelligibis : ſed ſicut ꝑ
intellectum cõſtituta prout forma
artis quaꝫ intellectus adinuenit /
diciᷣ quedaꝫ ſpecies ⁊ forma intel
ligibilis · ¶ Ad primum ergo di-
cenduꝫ : ꝙ intellectus intelligit a-
liq̇d dupliciᷣ · Vno modo forma-
liter · ⁊ ſic intelligit ſpecie intelligi-
bili qua fit in actu · Alio modo ſicᷣ
inſtrumento quo ꝫ quibus vtitur
ad aliud intelligendum · et hoc mõ
intellectus verbo intelligit · ꝗꝛ for-
mat verbũ ad hoc ꝙ intelligat rē ·
¶ Ad ſecundum dicendum : ꝙ co-
gnitio ſenſus exterioris perficiᷣ ꝑ
ſolam immutationem ſenſus a ſe-
ſibili · vnde per formam que ſibi a
ſenſibili imprimiᷣ ſentit · non aũt
ipſe ſenſus exterior format ſibi a-
liquam formam ſenſibilem · ſed hͦ
facit virtus imaginatiua cuius for
me quodãmodo ſimile eſt verbuꝫ
intellectus ;

·x· ·q·

AD tercium ſic procediᷣ ·
Videtur ꝙ ea que ſunt et
fiunt ex timore / nõ ſint vo
luntaria · neceſſitas eñ contrariaᷣ
voluntati vt dicitur in · v · Meta · ſꝫ
ea que ſunt ex timore / dicuntur ex
neceſſitate fieri · non ergo ſunt vo-
luntaria · ¶ Sed contra : omne qꝺ
quis operatur propter finem ē vo
luntarium · ſed eà que quis opera
tur ex timore operatur propter fi-
nem · ſcꝫ ad vitanduꝫ malum quod
timet : ſicut qui proiicit merces in
mare vitat ſummerſionem nauis ·
ergo huiuſmodi ſunt voluntaria ·
¶ Reſponſio dicendum : ꝙ cũ bo-
num ſit voluntatis obiectum / hoc
modo habet ſe aliquod ad hͦ ꝙ ſit
voluntarium / quo modo ſe habet
ad hoc ꝙ ſit bonum · contingit aũt
aliquid in vniuerſali conſideratuꝫ
eſſe bonũ : qꝺ tñ ẜm aliquas ꝑticu
lares circũſtãtias reddiᷣ malum ·
ſicᷣ generare filios ē bonũ · Sꝫ ge-
nererare filiũ ex nõ ſua / eſt malũ ·
et ſimiliᷣ ꝯtingit aliq̇d in vniuer-
ſali ꝯſideratũ eſſe malũ : qꝺ tñ ẜm
aliq̇s ꝑticulares circũſtãtias fit bo
nũ · ſicᷣ occidere ẜm ſe ē malum : ſed
occidere hominem ꝓ mcioſũ multi-
tudini ē bonũ · et ꝗꝛ actiones q̃ ſũt
circa ſingularia / iudicantᷣ bone vel
male · ⁊ ꝑ ꝯſequẽs volũtarie vel in
uolũtarie · Simpliciᷣ q̇dē ꝯſidera-
tis ſingularibꝰ circũſtãtijs · ẜm q̇d
aũt / ẜm ꝙ in vniuerſali ꝯſiderãtᷣ ·
ea vero que ex timore fiũt in vniu-
ſali q̇dē ꝯſiderata / ſũt mala et iuo-
lũtaria : ſed ſi ꝯſidereᷣ ẜm ſingula-
ria q̃ circũſtãt / ſũt bona et volũta-
ria · ſicᷣ ꝓicere merces in mare ẜm
ſe ꝯſideratũ ē malũ : ⁊ nõ volũtari-
um · vñ et Phũs dicit in · iij · Ethi ·
ꝙ huiuſmodi mixta ſũt ex volũta-
rio et inuolũtario · ſimpliciᷣ aᷣ ſũt
volũtaria : ẜm q̇d aũt inuolũtaria ·
et ex neceſſitate facti · Et ꝑ hͦ ptꝫ
reſponſio ad obiecta ;

DEinde circa ſacmẽta que-
ſitũ eſt · p̄mo de ſacramẽ-
to eucharíſtie · ſecundo de
ſacramẽto penitẽtie · tercio de ſac-
mẽto matrimonij · ¶ Circa eucha-
riſtiã queſita ſũt duo · p̄mo vtrum
forma panis ãnihileᷣ · Scđo vtꝝ
ſacerdos dare debeat hoſtiã nõ ꝯ-
ſecratã pctori occulto hͦ petẽti ;

·xj· ·q·

AD p̄mũ ſic procediᷣ · Vi
deᷣ ꝙ forma panis in ſacᷣ
mẽto eucharíſtie ãnihile
tur · id eñ ãnihilari videᷣ qꝺ deſi-
nit eē ⁊ ĩ nihil ꝯuſtiᷣ · ſꝫ forma paiſ
facta ꝯſectõne deſinit eē : nec ē daᷣ
in q̇d ꝯuiaᷣ · nõ eñ ꝯuitiᷣ ĩ materiã
corporis chriſti : nec etiam in for-
mam eius que eſt anima · alioq̇n
eſſet ibi anima ex vi ſacramẽti · er-

go forma panis ānihilat᷑· ¶ Pꝛeͤ·
Aug· dicit ſuꝑ illud Joānis ·xvij·
Clarifica me pater ⁊c̄· Si huma⸗
na natura ↄuertatur in verbum/ ſi
diligentius cogitamus hō ꝑiret in
deo· ſed illud ānihilari dicit᷑ quod
perit· ergo ſi panis ↄuertit᷑ in coꝛ⸗
pus chriſti/ videt᷑ ꝙ ānihilet᷑·
Sed contra ē quod Auguſ· dicit ī
libꝛo· lxxxiij· q· Deus non ē actoꝛ
tendendi in nō eſſe· eſt aūt actoꝛ ſa
cramēti eucharistie· ergo ī illo ſa
cramēto nihil annihilat᷑· ¶ Rn̄ſio
dicendū/ ꝙ ānihilatō quendā mo
tū impoꝛtat· omnis aūt motus de
nominat᷑ a termino ad quē· vnde
terminus ānihilationis ē nihil·
ↄſecratio aūt panis in ſacramēto
eucharistie nō terminat᷑ ad nihil/
ſed ad coꝛpus chriſti· alioqn non
eſſet dare quomō coꝛpus chriſti ī⸗
cipiat eſſe ſub ſacramēto· nō enī ī⸗
cipit ibi eſſe ꝑ motū localez· alio⸗
qn deſineret eſſe in celis· relinquit᷑
ergo ꝙ in ↄſecratione panis non
ē aliqua ānihilatō/ ſed trāſubſtāti
atio panis in coꝛpus chriſti·
¶ Ad pͥmū g° dicendū/ ꝙ ſicͭ in gene
ratione naturali/ neqꝫ foꝛma neqꝫ
materia gn̄at᷑ aut coꝛrumpit᷑/ ſed
totū compoſitū· ita etiā in ſacramē⸗
to altaris non eſt querendū ſeoꝛ⸗
ſum de foꝛma aut materia in quid
ↄuertat᷑/ ſed totus panis ↄuertit᷑
in totū coꝛpus chriſti inqn̄tū ē cor
pus· Quia ſi ī triduo moꝛtis chri
ſti fuiſſet conſecratio facta non fu⸗
iſſet ibi anima/ ſed coꝛpus exani⸗
me/ ſicͭ in ſepulchro iacebat· ¶ Ad
ſcd̄m dicēdū/ ꝙ ꝑire diceret᷑ natu⸗
ra humana ſi ↄuerteret᷑ in verbū/
inqn̄tū eſſe deſineret/ quod ꝑtinet
ad terminū a q̈· nō aūt ānihilat᷑
q̈ntum ad terminum ad quem;

·xij· ·q·

AD ſecundū ſic pꝛocedit᷑ur·
Videtur ꝙ ſacerdos nō de
beat daꝛe hoſtiā nō ↄſecra⸗
tam peccatori occulto hoc petenti·
nō enī debet ſacerdos peccatū occul
tū publicare· publicaret autē ſi ei
daret hoſtiaꝫ nō ↄſecretā/ cū aliͯs
ſotijs daret ↄſecratā· g° ſacerdos
nō debet dare hoſtiā nō ↄſecratam
peccatori occulto hꝰ petēti· ¶ Pꝛeͤ·
hoſtia ↄſecrata a ſacerdote alicui fi
deli poꝛrecta a circūſtātibꝰ adorat᷑·
ſi g° exhiberet᷑ alicui hoſtia nō ↄſe⸗
crata loco ↄſecrate/ q̈ntū in ſe ē fa
ciet populū idolatrare/ qđ eſt grue
peccatū· nō ergo ſacerdos debet pec
catori occulto petēti dare hoſtiā nō
ↄſecratā· ¶ Sꝫ ↄtra/ ꝙ ſacerdos
ē medicus animaꝝ· ſapiēs autez
medicus vitat q̈ntū poteſt ꝑiculū
infirmi/ quē accepit in curaz· pec⸗
catori aūt cuiꝰ curā habꝫ/ imminet
magnū ꝑiculū ſi cū ↄſciētia pecca⸗
ti moꝛtalis coꝛpꝰ chriſti accipiat·
ꝙꝛ q̇ manducat ⁊ bibit indigne iu⸗
diciū ſibi mādūcat et bibit· Vt di⸗
citur pͥme Coꝛin· xi· ergo ſacerdos
bene facit vt eius periculum euitet
poꝛrigēs hoſtiā nō ↄſecratā· ¶ Re
ſponſio dicendum/ ꝙ veritati non
eſt aliqua fictō adiungenda· quia
nulla ē ↄuētio lucis ad tenebras·
vt Apoſtolus dicit ſcd̄e Coꝛin· vj·
⁊ ꝓpter hoc Auguſtinus pꝛobat ī
libro· lxxxiij· q· ꝙ coꝛpus chriſti n̄
fuit fantaſticum· quia veritas que
eſt chriſtus non potuit fallere· et
ideo in ſacramentis eccleſie nihil
eſt per fictionem agendum/ ⁊ pꝛe
cipue in ſacramento altaris in q̄
totus chriſtus continet᷑· eſſet au⸗
tem quedam fictio ſi hoſtia nō cō
ſecrata/ loco conſecrate daretur·
et cum hoc etiam ſacerdos quan⸗
tum in ſe eſt populo fieret idola⸗
trandi occaſio/ qui quanuis pec⸗
catum idolatrie non incurrat eſti⸗
mans pꝛobabiliter hoſtiam eſſe
conſecratam· tamen ſacerdos in
hoc ipſo ꝙ hoſtiam non conſecra⸗
tā populo exhiberet adorādā ido⸗

latrię crimen incurreret · Unde hꝫ
in nullo caſu eſt faciendum / vt ho-
ſtia non conſecrata exhibeatur vni
vel pluribus tanꝗ̄ conſecrata · de-
bet ergo ſacerdos peccatorē occul-
tum p̄mo quidez admonere vt pe-
nitentiā agat / et ſic ad ſacramētū
accedat · ꝙ ſi penitere noluerit / de-
bet ei occulte inhibere ne aliꝭ cō-
municantibus in publico ſe immi-
ſceat · ꝙ ſi ſe immiſcuerit / debꝫ ei da
re hoſtiam conſecratam · ¶ Unde
prima duo concedimꝯ · ¶ Ad ter-
cium dicendū / ꝙ ſtultus eſſet me-
dicus qui cuz maiori ſuo periculo /
minus periculum infirmi vellet im
pedire · puta ſi vellet ipſe venenuz
bibere / ne infirmus biberet vinū ·
multo aūt magis peccat ſacerdos
fictōez faciēs in ſacramēto chriſti /
ꝗ̄ peccator indigne ſumens · vnde
ſtultus eſſet ſacerdos ſi vt vitaret
peccatum ſubditi / ipſe grauiꝯ pec-
caret / fictionem faciēs in ſacramē-
to altaris ;

DEinde circa ſacramentum
penitentię quęſita ſūt du-
o · primo vtrum prelatus
debeat ſubditum ſuum ab admini
ſtratione amouere ꝓpter aliquid
quod ab eo ī confeſſione audiuit ·
ſecundo vtruz in meliori ſtatu mo
riatᷣ illę qui moritur in via eundi
vltra mare / ꝗ̄ illę qui moritur in
redeundo ; · xiij · · q ·

AD primum ſic proceditur ·
Uidetur ꝙ prelatus poſſit
ſubditum ab adminiſtra-
tione remouere / ꝓpter aliquid qd̄
ab eo audiuit in confeſſione · quia
quod inſtitutum eſt pro charita-
te / contra charitatez non militat ·
ſed ſigillum confeſſionis inſtitutū
eſt pro charitate · non ergo mili-
tat contra charitatem / ex qua te-
netur prelatus ſaluti ſubditorum
prouidere · Eſt autez quando ꝗ̄ ꝯ-
tra ſalutem ſubditi / ſi ea admini-
ſtratio dimittatur / vtputa ſi ha-
beat occaſionez recidiuandi in pec
catum · ergo non obſtante ſigillo
ꝯfeſſionis / p̄latꝯ debet eū ab admi
niſtratōe remouē · ¶ Sꝫ ꝯtᷓ ē / ꝙ ni
hil ē faciēdū in p̄iudiciū ꝯfeſſiōis ·
eſſꝫ aūt p̄iudiciū ꝯfeſſionis ſi ſbdi-
tꝯ ab adminiſtratōe remoueretᷣ /
ꝓpᷣ crimē qd̄ ſuo p̄lato ꝯfeſſus ē ·
ꝙꝑ hꝫ aliꝭ retraherētᷣ a ꝯfitēdo · nō
g° debet p̄latus ſbditū ab admini-
ſtratōe remouē ꝓpᷣ pctm̄ qd̄ ei ꝯ-
feſſus ē · ¶ Rn̄ dd̄ · ꝙ illd̄ qd̄ ꝑ ꝯfeſ-
ſionē auditᷣ / nllo mō ē maīfeſtād̄ /
nec v̄bo / nec ſigno / nec nutu / nec
etiā aliqd ē faciēdū vn̄ ī ſuſpitōem
pcti aliqs poſſꝫ deuenire · ſi vero a-
motō ſbditi ab adminiſtratōe poſ
ſet inducē ad manifeſtādū pctm̄ ī
ꝯfeſſiōe auditū / vel ad aliꝗ̄ ꝓbabi
lē ſuſpitōꝫ hn̄dā de ipo / nullo mō
p̄latꝯ debet ſubditū ab adminiſtra
tione remouere · puta ſi ī aliq̄ mo-
naſterio eſſꝫ ꝯſuetū ꝙ p̄ores nō a-
mouerētᷣ de ſuis p̄oratibꝯ niſi ꝓpᷣ
culpā / maīfeſtaretᷣ pctm̄ ꝯfitētiſ ꝑ
remotōnē ab adminiſtratōe · vn̄ ſi
abbas hꝫ facēt / grauitᷣ peccarꝫ tāꝗ̄
ꝯfeſſionē reuelans · poſſet tn̄ eum
ſecrete charitatiue admonere vt
cum inſtantia peteret ceſſionem · ſi
hoc videret ſaluti eius expedire · Si
vero ꝑ amotionem ab adminiſtra
tione peccatum nullatenus mani-
feſtaretᷣ · puta ſi in aliquo mona-
ſterio eſſet conſuetum ꝙ abbas ꝓ
ſuo libitu v̄ facili aliquos ab admi
niſtratione amoueret / tunc aliq̄
occaſione accepta poſſet ſbdituꝫ ſi-
bi confeſſum ab adminiſtratione
remouere · debet tn̄ hoc facere cū de
bita cautela / ſi talis adminiſtratō
eſſet ſubdito ꝑiculoſa inpoſteruꝫ ·
ꝗ̄uis etiā in hoc caſu melius eſſet
ꝙ eum induceret ad ceſſionē peten
dā · Si v̄o ꝑiculū ipoſtez nō time
retᷣ / nō opteret ꝙ ꝓ pcto p̄terito ꝑ
penitentiaꝫ deleto / eum ab admi-

miſtratōne remoueret· ſic̄ et Aug·
dicit in libro de adulterinis ꝯiugi-
is · ¶ Cur adhuc deputamus adul-
teros / quos tn̄ credimus penitē-
tia eſſe ſanatos? qm̄ em̄ peniten-
tes innocētibꝫ ſunt meliores · et ꝑ
hoc patet reſponſio ad obiecta;

·xiiij·   ·q·

HEc ſcd̄m ſic ꝓcedit᷑· Videt᷑
ꝙ melius moriat᷑ cruce ſi-
gnatus qui morit᷑ in via
eundi vltra mare / q̄ȝ ille qui morit᷑
redeundo · Qui em̄ morit᷑ in eundo
eſt quaſi in exequendo ꝓpoſitū vel
votum ſuū vt ſe exponat morti pro
chriſto · et ita morit᷑ tāq̄ȝ martyr·
qui aūt morit᷑ redeundo nō mori-
tur in ꝓpoſito exponendi ſe ꝑ chri
ſto / et ita morit᷑ tanq̄ȝ ꝯfeſſor · ſed
maior eſt ſtatus martyrum q̄ȝ cō-
feſſoꝝ · ergo in meliori ſtatu mori
tur qui morit᷑ in eundo q̄ȝ qui mo-
rit᷑ in redeundo · ¶ Sed contra / qui
morit᷑ in redeundo iā ꝯſūmauit vo
tum · qui aūt morit᷑ eundo / nōdū
cōſūmauit ſed ē quaſi in p̄ncipio·
ꝑfectū aūt eſt melius imꝑfecto / et
finis p̄ncipio · ergo melius morit᷑
quis in redeundo q̄ȝ ī eundo · ¶ Rn̄
dicendum / ꝙ q̄nto aliquis cū plu-
ribꝫ meritis morit᷑ / tanto melius
morit᷑ · merita aūt manent homini
nō ſolū que actu agit / ſed etiā illa
que iam fecit quaſi apud deū depo
ſita · ſ᷑m illō ſcd̄e ad Timo · j · Scio
cui credidi et certus ſum · ꝙ potēs
ē depoſitum meū ſeruare · Manife-
ſtū ē aūt / ꝙ ille q̄ morit᷑ in redeun-
do de vltra mare / ceteris paribꝫ cū
pluribꝫ meritis morit᷑ / q̄ȝ ille qui
moritur in eundo · habet em̄ meri-
tum ex aſſumptione itineris · et vl
terius ex ꝓſecutione in qua forte
multa grauia eſt paſſus · Et ideo
ceteris paribꝫ melius morit᷑ ille q̄
morit᷑ in redeundo quanuis ire ſit
magis meritoriū q̄ȝ redire · genus
opis ꝯſiderando · ¶ Ad argumē-
tum ergo dicendum / ꝙ illud ꝓpo-
ſitum exponēdi ſe morti ꝓpter chri
ſtum / habuit etiam iſte in eundo /
nec hoc meritū ꝑdidit / ſi ſe a pec-
cato immunem cuſtodiuit;

DEinde circa matrimoniū
queſita ſūt duo · p̄mo ſi a-
liquis deſpondeat aliquā
ꝑ verba de futuro / et poſtea ipſam
carnaliter cognoſcat / nō quidē ꝯ
ſentiens in matrimonium / ſed ſo-
lum volens fraudolenter ſurripere
copulā carnalē / ſi poſtmodū con-
trahat cū alia ꝑ verba de p̄ñti / v-
trū ſcd̄a ſit vxor eius · Scd̄o ſi vir
accuſaret vxorem de adulterio oc-
culto · vtꝝ mulier teneat᷑ in iudicō
ſuū peccatū ꝯfiteri;

·xv·   ·q·

HEc p̄mū ſic ꝓcedit᷑ · Videt᷑
ꝙ ille qui cognouit carna-
liter mulierē quā deſpō-
derat ꝑ verba de futuro / non poſſit
habere vxorē illā cū qua poſtea ꝯ-
trahit ꝑ verba de p̄ñti · iudicio em̄
cōpellit᷑ ſtare cū p̄ma quā carna-
liter ꝯgnouit · ſed eccleſia p̄t face-
re ꝑſonas illegitimas ad contra-
hēdū · g° videt᷑ ꝙ talis nō poſſit cū
alia muliere habere matrimoniū·
et ita illa cū qua ſcd̄o ꝯtraxit ꝑ ver
ba de p̄ñti / nō erit vxor ſua · ¶ Sȝ
contra eſt / ꝙ error hominis nō p̄-
iudicat veritati matrimonij · ſed ex
errore hominis p̄ſumētis eſſe ꝯ
ſenſum vbi fuit carnalis copula /
ꝯtingit ꝙ per iudiciū eccleſie com-
pellit᷑ aliquis eā habere quam co-
gnouit carnaliter poſt ꝯtractū per
v̄ba de futuro · g° hꝰ nō p̄iudicat ve
ritati ſcd̄i m̄rimonij qd̄ ē rite ꝯtra
ctū ꝑ v̄ba ō p̄ñti · ¶ Rn̄ dō / ꝙ ſic̄ Ni
co · Pap̄ dicit / cā m̄rimonij ē ꝯſe-
ſus ꝑ v̄ba ō p̄ñti exp̄ſſus / ſine q̄ e
tiā cetēa cū coitu ſb̄ſecuta fruſtrāt᷑·
r̄mota aūt cā remouet᷑ effect⁹ · Vn̄
cū ī p̄mo m̄rimonio ponat᷑ n̄ fuiſſe
ꝯſēſus / maīfeſtū ē ꝙ nō fuit m̄ri-

moniuz⁝ et quia poſita cauſa ponit̃ effectus · cõſequens eſt vt ſecũduz fuit matrimoniũ⁝ in quo ponit̃ fuiſſe mutu9 ꝯſenſus per verba ꝺ p̃ſenti expreſſus īter pſonas a matrimonio ſolutas · ¶ Ad argumẽtum ergo dicendum⁝ ꝙ eccleſia in ĳs que ad matrimonium ptinẽt / tripliciter ſe habet · Uno quidem modo per modum iudicantis · ⁊ ꝗꝛ homines vident ea que apparent ſ̃m ꝙ dicit̃ · i · Reguz · xvi · Oportebit ꝙ iudex eccleſiaſtic9 iudicet ſ̃m ea que ſibi apparent per confeſſionez partium⁝ et p idoneos teſtes⁝ et per alia legitima documenta · q̇bus tñ omnibus adhibitis contingit quandoq̧ veritatez latere · et precipue in ĳs que pertinẽt ad interiora cordis que humano teſtimonio ꝓbari nõ poſſunt niſi p aliqua ſigna exteriora de his poſſet aliqua ꝯiectura haberi · Et ideo iudiciũ eccleſie circa ea que ad matrimonium ptinent / ſi veritas lateat / nõ impedit ſequens mr̃imonium contrahendum⁝ nec dirimit iam contractum · Alio modo habꝫ ſe per modum prohibentis vel punientis⁝ et hoc quidẽ impedit matrimonium contrahendum ſed nõ dirimit iam contractum · puta vxoricide eccleſia penaz imponit⁝ vt vlteri9 a matrimonio abſtineat · ſi tam̃ contraxit matrimonium nõ dirimitur · Tercio modo habet ſe p modum ſtatuentis · quod fit ſoluz autoritate ſummi Pontificis⁝ et ſ̃m hoc perſone alique redderẽt̃ illegitime ad contrahendum · ita ꝙ ſi etiã contrahãt mr̃imoniũ / dirimit̃⁝ vt patet in quibuſdam gradibꝰ conſanguinitatis et affinitatis vel etiã de adulterio cũ quis dedit ei fidem de contrahendo vel cum machinatus eſt in mortẽ vxoris;

· xvi · · q ·

Ad ſcðm ſic ꝓcedit̃ · Videt̃ ꝙ mulier accuſata de adulterio nõ teneat̃ peccatum ſuum in iudicio confiteri · nullus em̃ tenet̃ peccatũ ſuum occultum publicare ſi aũt in iudicõ ꝯfitẽt̃ ipm̃ / veniret in publicum · nõ ergo tenet̃ mulier accuſata de adulterio ſuũ peccatum in iudicio ꝯfiteri · ¶ Sed cõn eſt ꝗꝛ debꝫ preſtare iuramẽtũ de veritate dicẽda · ſed nullo modo debet piurare · ergo debet veritatem ꝯfiteri de ſuo peccato · ¶ Reſpõſio dicendum⁝ ꝙ circa hoc eſt diſtinguendũ · ſi enim adulterium ſit omnino occultũ nõ debet peccatum ſuũ in iudicio ꝯfiteri⁝ nec debet ab ea exigi iuramẽtũ ꝺ veritate dicenda · ꝗꝛ occulta ſoli diuino iudicio reſeruantur ſ̃m illud pme Corin · iiij · Nolite añ temp9 iudicare quoadusq̧ veniet dñs q̇ illuminabit abſcondita tenebrarum · ſed quando de adulterio preceſſit infamia vel aliqua ſigna euidentia apparent⁝ que vehementez ſuſpitionem facere poſſunt · vel qñ eſt ſemiplene ꝓbatũ tũc debet ab ea exigi iuramentũ de veritate dicenda⁝ et ipſa tenet̃ ꝯfiteri veritatẽ ¶ Et p h̃ ptꝫ rñſio ad obiecta;

Deinde circa virtutes queſita ſunt duo · Primum eſt circa iuſticiaz ſcꝫ ſi aliquis incidens in latrones ꝓmittat eis pecuniã ꝓ ſua liberatõe · ſi mutuo eaz accipiat ab aliquo ſuo amico vtrum reſtituere teneat̃ · Secundo circa abſtinentiaz vtrum aliquis peccare poſſet nimis ieiunando;

· xvij · · q ·

Ad primũ ſic procedit̃ · Videtur ꝙ ille qui pecuniam accepit mutuo vt redimeret ſe a latronibꝰ / nõ teneat̃ eaz reſtituere · ꝗꝛ vt Auguſ · dicit tpe neceſſitatis ſũt omnia cõmunia · ſed null9 debet q̃ſi ꝓpriũ petẽ illud qð ẽ ꝯmũe⁝ vt Ambro · dicit⁝ et h̃r̃ in decre · xlvij · di · Sic · cũ g° ille q̇ in la⸗

trones incidit fuerit in magna ne-
ceſſitate ꝯſtitutus: vtpote in ꝑicu-
lo mortis exiſtēs / videtur ꝙ factuꝫ
ſit ſibi cōmune id quod erat alteri
us: et ita nō tenet̃ ei reſtituere qui
mutuauit acſi eſſet ꝓprium eius ·
¶ Preterea nullus tenet̃ facere recom-
penſationem alicui ꝓ eo quod ille
facere tenebatur · ſed ille qui mutua
uit pecuniā / tenebat̃ ꝓximū ſuum
a mortis ꝑiculo liberare · ſm̄ illud
ꝓuer · xxiiij · Erue eos qui ducūt̃
ad mortem · ergo videt̃ ꝙ ille qui
ē liberatus nō teneat̃ ei reſtituere
pecuniā mutuatā · ¶ Sed contra
ē quod dicit dn̄s Mat · vij · Omnia
queçūqꝫ vultis vt faciāt vobis ho
mines et vos facite illis · ſed ille q̇
liberatus ē a latronibꝰ vellet ſibi re
ſtitui ſi quid mutuaſſet · ergo etiaꝫ
ip̄e debet reſtituere qđ mutuo acce
pit · ¶ Rn̄ſio dicendū: ꝙ iuſticie a-
ctus ē vnicuiqꝫ reddere qđ ſibi debe
tur · vn̄ cū ratione ꝯtractus bone
fidei qui fuit inter mutuantē et mu
tuū accipientem / reſtitutio debeat̃
ex iuſticie p̄cepto / tenet̃ ille q̇ mu-
tuo accepit pecuniā eā reddere cre
ditori · et tanto magis quāto ī ma
iori neceſſitate creditor ſibi ſubue-
nit · ¶ Ad p̄mum ergo dicendū: ꝙ
tunc in neceſſitate ſūt omnia com
munia / cū hō nō poterit ſibi de ſuo
ſubuenire · ridiculū eſſet em̄ ſi quiſ
famē patiēs nollet accipe panem
quē haberet in arca: ⁊ diceret ſe ac
cipe panē alienū quaſi cōmuneꝫ ·
que aūt ꝑ amicos poſſumꝰ ꝑ nos
aliqualiter poſſumus · Vt Ph̄us
dicit in · iij · Ethi · Iſte autē qui in
latrones incidit / pt̃ ſe ꝑ amicos li
berare mutuū accipiēdo · et ideo nō
fiunt ei oīa cōmunia · ¶ Ad ſcd̄m
dicendū: ꝙ vnuſquiſqꝫ tenet̃ ad li
berandū ꝓximū a morte ſm̄ ſuam
ꝯditionē et modū · et hoc quidē ꝯ-
uenienter impleuit ille qui pecuniā
mutuauit: nō aūt tenebat̃ eā do-

nare in caſu illo quo ille poterat ꝑ
mutuū liberari;   · xviij ·   · q ·

Ad ſecundū ſic proceditur ·
Videtur ꝙ homo nō poſſꝫ
peccare nimis ieiunādo vł
vigilādo · deus em̄ nō poteſt ab ho
mine nimis diligi · ſed ꝓbatio di-
lectionis ē exhibitio oꝑis vt Gre
go · dicit in quadā homelia · ergo
videt̃ ꝙ nō poſſit aliquis peccare ni
mis ieiunando vel vigilādo ꝓpt̃ de
um · ¶ Sed ꝯtra ē qđ beatꝰ Bern̄
ꝯfitet̃ ſe peccaſſe / de hoc ꝙ corpus
ſuum nimis ieiunio et vigilijs de-
bilitauit · ¶ Rn̄ſio dicendū: ꝙ ſm̄
Ph̄m̄ p̄mo Poli · aliter ē iudican-
dum de fine: et aliter de ijs que ſūt
ad finem · illud em̄ quod queritur
tanq̄ꝫ finis / abſqꝫ menſura querē-
dum eſt · in ijs aūt que ſūt ad finē
eſt adhibēda menſura: ſm̄ ꝓporci
onē ad finem · ſic medicus ſanitatē
que eſt finis eius facit q̄ntuncūqꝫ
poteſt maiorem · ſed adhibet me-
dicinam ſm̄ ꝙ conuenit ad ſanita
tem faciendam · eſt ergo conſiderā
dum ꝙ ī ſpirituali vita dilectiō dei
eſt ſicut finis / ieiunia aūt et vigi-
lie et alia exercitia corporalia non
queruntur tanq̄ꝫ finis · quia ſicut
dicitur ad Romanos · xiiij · Non ē
regnum dei eſca ⁊ potus · ſed adhi
bentur tanq̄ꝫ neceſſaria ad fineꝫ id
eſt ad domandaſ concupiſcentiaſ
carnis ſm̄ illud Apoſtoli prime co
rinthiorum · ix · Caſtigo corpꝰ me
um et in ſeruitutem redigo ⁊c̄ · Et
ideo huiuſmodi ſunt adhibēda cū
quadam menſura rationis: vt ſci-
licet concupiſcentia deuitet̃: et na-
tura nō extinguat̃ ſm̄ illđ ad Ro ·
xij · Exhibeatis corpa vr̄a hoſtiā vi
uētē · ⁊ poſtea ſbdit · Rōnabile ob
ſequꝫ vr̄m · Si ḃo aliq̇s ī tātū ꝯtu
tē nat̃e debilitat ꝑ ieiuīa vigilias
et alia huiuſmōi / ꝙ nō ſufficiat de
bita oꝑa exequi: puta predicator
p̄dicare: doctor docere: cantor can-

tare: et ſic de alijs abſq; dubio pec-
cat. Sicut etiā peccaret vir qui ni-
mia abſtinentia ſe impotem red-
deret ad debitū vxori reddendum.
Vñ Hiero dicit. De rapina holo-
cauſtum offert qui vel ciborum ni-
mia egeſtate vel ſomni penuria i-
moderate corpus affligit. Et iterū
rationalis hominis dignitatē a-
mittit qui ieiuniū charitati vel vi-
gilias ſenſus ītegritati preferet. Et
ꝑ hoc patz reſponſio ad obiecta;

Deinde circa precepta que-
ſita ſunt duo. pⁱmo vtrum
precepta ordīe nature p̄ce-
dāt ꝯſilia. Scd̄o vtrū peccata que
fiunt contra precepta ſcd̄e tabule
ſint grauiora preceptis que fiunt
ꝯt̄ precepta pⁱme tabule; xix. q.

Ad primum ſic proceditur.
Videtur ꝙ precepta ordi-
ne nature precedant conſi-
lia. id enī eſt prius ordine nature
alio ad quod natura pⁱmo īſtigat.
ſʒ precepta ſūt de pⁱmo īſtinctu na-
ture: q2 ſūt de dictamine rationis
naturalis: non aūt conſilia. g° p̄-
cepta ſūt pⁱora ordine nature q̄ꝫ ꝯ-
ſilia. ¶ Sed contra eſt q2 pⁱus na-
tura dicit̄ aliquid tripliciter. Vno
modo ſicut imꝑfectum ē pⁱus ꝑfe-
cto. et hoc modo precepta nō ſunt
pⁱora conſilijs. q2 in preceptis cha
ritatis precipue conſiſtit ꝑfectio.
Scd̄o ꝑ modū cauſe tp̄e p̄cedētis
effectum: ⁊ ſic etiā nō ſūt pⁱora. q2
non eſt neceſſariuʒ ꝙ aliquis im-
pleat prius precepta q̄ꝫ conſilia.
Tercio ꝑ modum originis: qñ pⁱn
cipiū eſt ſimul tp̄e. ſic lux ſolis ⁊ ra
dius. ſed nec hoc modo precepta
ſunt priora. q2 non ē neceſſario ꝙ
quicunq; ſeruat precepta / ſeruet ꝯ-
ſilia. ergo nullo modo precepta or-
dine nature precedunt conſilia.
Reſponſio dicenduʒ: ꝙ circa hͦ ne-
ceſſe eſt duo ꝯſiderare. Primo q̄d
ſit eſſe prius ordine nature. Scd̄o

quid ſit preceptum: et quid ꝯſiliū:
q̄bꝰ manifeſtatis apparebit euidēt̄
q̄d querit̄. De pⁱmo g° ſciendū ꝙ
ſm̄ Phm̄ in. v. Meta. prius et po
ſterius dicūt̄ ī q̄libʒ ordine ꝑ com-
paroēʒ ad pⁱncipiū illius ordinis.
ſicͭ in loco ꝑ cōparationē ad pⁱncipiū
loci. et in diſciplinis ꝑ cōparationeʒ
ad pⁱncipia diſcipline. Sic g° ordi
ne nature dicit̄ aliq̄d eē pⁱus ꝑ cō-
paroñē ad nature pⁱncipia: q̄ q̄dē
ſūt quattuor cauſe / vñ ſm̄ vnūq̄d-
q; genus cauſe / pⁱꝰ in ordine ē q̄d
ꝓpinquius eſt cauſe. Quāuis autē
cauſe ſint quattuor / tres tñ eoruʒ
ſcʒ efficiens formalis et finalis cō-
ueniunt in ideʒ. Vnde relinquitur
ꝙ ordo nature ſit triplex. vnus q̄-
dē ſm̄ rationeʒ cauſe materialis.
ſm̄ quē imꝑfectū ē pⁱus ꝑfecto et
potētia actu. Alius aūt ordo ē na-
ture ſm̄ rationē aliaꝝ triū cauſaꝝ
ſm̄ quē ꝑfectū ē pⁱus imꝑfecto: et
actꝰ / potentia. Vñ ⁊ Phūs dicit
in. v. Meta. ꝙ alia ſūt ꝑtate pⁱo-
ra alia ꝑfectione. ⁊ q2 forma ē ma
gis natura q̄ꝫ materia vt ꝓbat̄ in
j. et. ij. Phi / ꝯuenientius dicit̄ eſſe
pⁱus natura actus qui eſt prior in
ſubſtantia et ſpecie (vt dicit̄ in. ix.
Meta.) q̄ꝫ potentia que in vno et
eodem eſt pⁱor generatione et tp̄e.
Vñ et Phūs dicit in. ij. Perihẽr.
ꝙ in ijs que contingit eſſe actu et
ꝑtate / ea que ſūt actu ſunt natura
priora: ⁊ tempore poſteriora. Cir-
ca ſcd̄m vero ſcʒ circa rationē ꝯſilij
et precepti ꝯſiderandum eſt ꝙ pre
ceptum importat rationem debiti.
Debitum autem eſt aliquid dupli
citer. Vno modo ſm̄ ſe. et hoc mō
finis ē debitus in vnoq̄q; negocio.
medicus enī ꝓpter ſe debʒ querere
ſanitatem. Alio modo ē aliq̄d debi
tum ꝓpter aliud. ſcʒ illud ſine quo
non poteſt perueniri ad finem. ſic
medicus debet indicere dietam in-
firmo ſine qua non poteſt ſana-

ri · id vero quod ordinat̄ in finem/
vt melius aut facilius ad finem ↄ-
ſequat̄ · ſi ſine hoc poſſit aliqualit̄
haberi finis/ nō habet rationez de-
biti · ¶ Finis aūt ſpūalis qui lege
diuina ordinat̄ ē duplex · Vnus
quidez p̄ncipalis ſcz adherere deo
per charitatē · vn̄ p̄me ad Timo · j
dicit̄ · Finis p̄cepti charitas ē · Ali-
lius aūt ē finis ſcd̄arius quaſi di-
ſpoſitiuus · ſcz puritas et rectitu-
do cordis: que ↄſiſtit in interioribꝫ
actibꝫ aliaꝝ v̄tutum · Vn̄ Apłus
dicit ad Ro · vj · Habetis fructum
veſtrū in ſanctificatōnez · ſic etiā in
generatōe naturali finis ē et ipſa
forma ſubſtantialis et vltima di-
ſpoſitio ad formā · Vn̄ manifeſtuz
ē q̄ p̄ncipalia precepta diuina ſūt
quidez de dilectione dei et p̄ximi vt
patet Mat · xxij · ſcd̄aria vero de in
teriori ſanctificatōne ſ̄m illud pri-
me ad Theſſa · iiij · Hec ē volūtas
dei ſanctificatio veſtra · Omnia ve-
ro alia que ſūt ſpūalis vite ordinā
tur in predicta ſic̄ in finem · ſed du
pliciter · Quedā enī ſūt talia ſine q̄
bus p̄dicti fines eſſe nō p̄nt · ⁊ hec
cadūt ſb̄ p̄cepto: ſic̄ nō h̄ebis deos
alienos · nō furtū facias · Quedaz
aūt ſūt ſine quibꝫ ad predictos fi-
nes p̄ueniri p̄t (vnde non cadunt
ſub precepto) ſed q̄ p̄ huiuſmodi
facilius ⁊ melius p̄ueniť ad fines
predictos/ danť de eis conſilia: ſic̄
patet de paupertate/ virginitate/
et aliis huiuſmodi · Et ē ſimile · ſi
aliquis ex precepto debet eſſe Ro-
me certo die quotidie teneť ex de-
bito p̄cepti Romā ire: nō aūt tene
tur ex precepto ire eques · q̄ ſine
hoc poſſet Romā p̄uenire · tam̄ ca
dit hoc ſb̄ ↄſilio inq̄ntuz equitan-
do facilius et melius p̄ueniť ad fi-
nem · His ergo viſis · patz de faci-
li quod querebať · ſi enī ↄparemꝰ
ↄſilia ad precepta finalia que ſunt
de dilectione dei et p̄ximi et de inte

riori cordis puritate/ manifeſtum
eſt q̄ precepta ſunt priora ↄſiliis
naturaliter ordine p̄fectionis · ſic̄
actus naturaliter prior eſt poten-
tia: et finis iis que ſunt ad finem ·
Sed ↄſilia naturaliter priora erūt
ordine generationis temporis · in
q̄ntum ſcz per ↄſilia ad puritatem
perfectam cordis et dilectionez dei
⁊ p̄ximi peruenimus · Si aūt com
paremus cōſilia ad alia precepta
que ordinanť ex neceſſitate in pre
dictos fines/ ſic erit duplex conſi-
deratio · Nam in conſiliis neceſſe ē
vt includanť precepta: qui enī om
nia dimittit/ nō rapit aliena · et q̄
virginitatez ſeruat/ non mechať ·
ſicut etiā qui equitat vadit · ſed n̄
conuertitur · Erit aūt vna compa-
tio conſiliorum ad precepta abſo-
lute conſiderata · Et hoc modo pre-
cepta erunt ordine nature p̄ora ↄ-
ſiliis · ſic̄ genus eſt naturaliter pri
us ſpecie · conſilia autē econuerſo
naturaliter ſunt priora preceptiſ ·
ſicut ſpecies ſūt p̄ores ſ̄m naturā
q̄ꝫ genera vt ptz p̄ Phm̄ in primo
Phyſicoꝝ · Comparať enī genꝰ
ad ſpeciem ſicut potentia ad actū ·
Precepta autez abſolute ſumpta
ſe habent per modum generis ad
obſeruātiā p̄ceptoꝝ cū ↄſiliis ⁊ ſi-
ne ↄſiliis · ſic̄ nō mechari ad nō me
chari cū v̄ginitate: et ad nō mech
ari cū m̄rimonio · et ire cōmune eſt
ad ire eq̄tez et ad ire peditez · Alia
vero eſt cōparatio conſilioꝝ ad p̄-
cepta ſine ↄſiliis obſeruata · ſic̄ ſi ↄ
paremꝰ eūtē ī eq̄ ad eūtē q̄ vadit
pedibꝫ · Siſis ē enī ↄpatio v̄ginis
ſeu ↄtinētis ad m̄rimonium: ⁊ paupe
ris p̄pť chriſtū · ad eū q̄ ī ſeculo ſu-
is ↄtētꝰ ē · Et ſic ſiľr ordīe nať ↄſi-
lia ſūt p̄ora p̄ceptiſ/ tāq̄ꝫ p̄fecta ī-
p̄fectis: nec optet q̄ p̄cepta ſic ac
cepta p̄cedāt naťalr̄ ī ordīe gn̄atō
nis et tēporis conſilia · nō enī opor-
tet q̄ ille q̄ vult ↄtinētiaz vel v̄gi-

nitatem ſeruare / prius matrimo⸗
nio iungat᷑ · nec etiaȝ oportet ꝙ il⸗
le qui vult eſſe pauper ꝓpter chri⸗
ſtum / prius ſecularem vitā agat:
in qua ſuis diuitiꝭs ſit contentus ·
ſic etiā non oportet ꝙ ille qui vult
eques ire romā / pꝰ vadat pedes:
et poſtea eques · ſed melius eſt ꝙ
a pͥncipio eques vadat · ¶ Et per
hoc patet reſponſio ad obiecta ;

·xx· ·q·

Ad ſcðm ſic ꝓcedit᷑ · Videt᷑
ꝙ peccata que ſunt contra
precepta ſcðe tabule / ſint
grauiora peccatis que ſūt contra p̄⸗
cepta pͥme tabule · Peccatuȝ ē eīm
coñ preceptū ſcðe tabule ꝯtempto
bono incōmutabili / cōmutabili bo
no adherere: ſic ptȝ in furto et ad⸗
ulterio et aliꝭs huiuſmodi · Sed ꝯ
temptus incommutabilis boni / ē
peccatū coñ precepta pͥme tabule:
qbꝫ ordinamur ad exhibendam re
uerentiā deo · ergo peccata que ſūt
coñ precepta ſcðe tabule includūt
peccata que ſūt coñ precepta pͥme
tabule: et aliquid addūt · ergo ſūt
grauiora · ¶ Pre · ſimonia ē peccatū
maximum · ſed ſimonia cū ſit ſpēs
auaricie ē coñ precepta ſcðe tabu⸗
le · ergo peccata que ſūt ꝯtra prece
pta ſcðe tabule ſūt grauiora · ¶ Sed
contra eſt ꝙ peccata contra prece⸗
pta pͥme tabule ſunt infidelitas et
deſperatio: et alia huiuſmodi que
ſunt grauiſſima peccata · ergo pec⸗
cata que ſūt contra precepta pͥme
tabule ſunt grauiora · ¶ Rñſio di⸗
cendum: ꝙ formalis ratio peccati
mortalis ꝯſiſtit ī auerſione a deo ·
ſi eīm eēt inordinata ꝯuiſio ad bonū
cōmutabile ſine auerſione a deo /
nō eſſet peccatū mortale · precepta
aūt pͥme tabule ſcḋm ſe directe ordi⸗
nāt hoīeȝ ad deū: vñ dicūt᷑ ad dile⸗
ctionē dei ꝑtinere · ⁊ ideo peccata q̄
ſūt ꝯtra precepta pͥme tabule / di⸗
recte et ſcḋm ſe important auerſiōeȝ
a deo · peccata aūt que ſunt coñ p̄⸗
cepta ſcðe tabule / ꝑ ſe quidē deor⸗
dināt nos pͥncipalit᷑ circa bona cō⸗
mutabilia circa que ordināt᷑ prece
pta ſcðe tabule · ex ꝯſequenti aūt
deordināt nos a deo · in vnoq̈ꝫ aūt
gn̄e potiſſimū eſt illud quod eſt ꝑ
ſe · vñ peccata que ſunt contra pre
cepta prime tabule ſcḋm ſuuȝ genꝰ
ſunt grauiſſima in genere peccato
rum · ¶ Ad pͥmum ergo dicendū:
ꝙ ꝯtemptus dei ꝑ ſe intentus ē in
peccatis que ſunt contra precepta
prime tabule · ſic aūt non ex neceſ
ſitate includit᷑ in peccatis que ſūt
contra precepta ſecunde tabule ·
non eīm ille qui fornicat᷑ intendit
hoc agere in contemptum dei: ſed
intendit principaliter delectari · ad
qð conſequit᷑ / ꝙ deum contemnat
preter principalem eius intentio⸗
nē mādata eiꝰ ſimplr̄ trāſgredien⸗
do · ¶ Ad ſcðm dicendum: ꝙ ſimo
nia non eſt peccatuȝ maximuȝ ſim⸗
pliciter · Sed maximum inter illa
que committunt᷑ circa contractus
pecuniarios · et hoc etiam eſt ex h̄
ꝙ irreuerenter ſe habet homo ad
res ſacras · in quo attingit peccata
que ſūt ꝯtra precepta pͥme tabule

Deinde queſitū ē de ꝭs que
ꝑtinent ſpecialiter ad q̈ſ⸗
dā hominū ſtatus · et pri⸗
mo de ꝭs que ꝑtinēt ad prelatos ·
ſcðo de ꝭs que ꝑtinent ad docto⸗
res · tercio de ꝭs q̄ ꝑtinēt ad reli⸗
gioſos · quārto ð ꝑtinētibꝫ ad clei⸗
cos · ¶ Circa pͥmū q̄ſita ſūt tria · pͥ
mo vtꝝ btūs Mattheꝰ vocatꝰ ſit
ſtatim ð teloneo ad ſtatū Apl̄atꝰ
et ꝑfectionis · Scðo vtꝝ ille q̇ eli⸗
git᷑ canonice in Epm̄ / melius faci⸗
at ꝯſentiendo electioni de ſe facte:
vel eam recuſādo · Tercio vtꝝ p̄la⸗
tus qui dat beneficium eccleſiaſti⸗
cū alicui ſuo ꝯſanguineo ſperās ꝑ
hoc ſuuȝ genus exaltari et ditari /
committat ſimoniam ;

·xxi· ·q·

AD primum ſic procedit̄ur·
Videtur ꝙ beatus Mat⸗
theus nō fuerit vocatꝰ ſta
tim ꝺ teloneo ad ſtatū Apl'atus ⁊
ꝑfectionis· dicit em̄ Grego· ſuper
Ezech· Nemo repēte fit ſummus·
ſed ſtatus Apl'atus et ꝑfectionis
euangelice eſt ſūmus ſtatus hūa⸗
ne vite· ergo Mattheus non fuit
ſtatim vocatus ad ſtatum ꝑfectō⸗
nis et Apl'atus· ¶ Sed contra eſt
quod Hiero dicit ſuper Mat· ꝙ de
publicano repente fit Apl'us· et
Beda dicit ſup̄ Lucā ꝙ de publica
no in Apl'm de telonario in euāge
liſtā eſt mutatus· Et quedā glo·
dicit Luce· v· ꝙ nullā ꝓrſus cogi⸗
tationē vel reſpectū huius vite ſi⸗
bi reſeruauit· qꝺ ē ꝑfectionis euā
gelice· ergo ſtatim vocatus eſt ad
ſtatum Apl'atus et ꝑfectōnis·
Rn̄ſio dicenduꝫ· ꝙ queſtio iſta ex
verbis euangelij determinari pt̄·
ſi em̄ loq̄mur de Apl'atu manifeſtū
eſt ſm̄ narrationē Mat· Marci et
Luce ꝙ dominus poſt vocationeꝫ
Mat/ aliquāto tēꝑis ſpacio inter
iecto/ ex ſuis diſcipul'· xij· Apl'os
elegit· inter quos vnus fuit Mat
theus· et ſic patet ꝙ ſtatim in p̄n
cipio fuit vocatus ad diſcipulum
chriſti· nō aūt ad Apl'atū niſi ſm̄
p̄ordinationē chriſti q̄ eū in Apo⸗
ſtolū ſumendū diſponebat· et ſm̄
hoc intelligenda ſūt verba Hiero·
et Bede· Si aūt loq̄mur de ꝑfectō⸗
ne euangelica/ ſic manifeſtuꝫ ē· ꝙ
ſtatim a p̄ncipio vocatus ē ad ſta⸗
tum ꝑfectionis· dicit̄ em̄ Luce· v·
ꝙ ſurgēs relictis omnibꝫ ſecutus
ē eū· qꝺ etiā ad diſciplinatū chri⸗
ſti ꝑtinebat· ſm̄ illud qꝺ dicit̄ Lu⸗
ce· xiiij· Niſi q̄s renunciauerit om
nibꝫ q̄ poſſidet/ nō pt̄ eē meꝰ diſci⸗
pulꝰ· ¶ Ad p̄mū g° dicendū· ꝙ ſū
mū in vita hūana pt̄ accipi dupli
citer· Vno mō ſm̄ cōꝑationē ſta⸗
tus ad ſtatū· ſm̄ ꝙ in humana vi
ta vnus ſtatus ē maior alio· et ali
quis ē ſūmus· et ſic nihil prohibet
aliquid fieri repēte ſūmū id eſt at⸗
tingere ad ſtatū ſūmū· ⁊ hoc appa
ret tā in ſeculari q̄ꝫ ſp̄uali vita· in⸗
ueniunt̄ em̄ aliqui ſtatim a pueri
cia ad ſtatū religionis q̄ ē ꝑfectiſſi
mus ↄuolaſſe· vel ꝓprio arbitrio
ſic̄ beatus Joannes baptiſta et be
atus Benedictus· vel etiā deuotō⸗
ne ꝑntū· ſic̄ illi qui monaſterio tra
dunt̄ a ꝑntibꝫ· ſic em̄ nō oportet
vt aliquis in ſeculari vita exerceat̄
anteq̄ꝫ ad religionē trāſeat· ſicut
nō oportet ꝙ aliquis exerceat̄ in
laicali vita an̄q̄ꝫ clericus fiat· ſimi
liter etiā aliqui repente aſſumūtur
ad regnū· vl' ab ipſa puericia ſicut
Salomon et Joſias reges iuda·
vl' etiā ex vltimo ſtatu ſicut Saul·
Et eccleſiaſtes· iiij· dicit̄· ꝙ ꝺ car⸗
cere catenisq̄ꝫ interdum quis ad
regnū egredit̄· ¶ Alio mō poteſt
accipi ſūmū ſm̄ cōꝑationē ḡdu
um quibꝫ ꝑficit̄ hic ꝑfectio vnius
hominis· Et ſic intelligit Grego·
ꝙ nemo repente fit ſummꝰ· Dicit
em̄ Auguſ· ſup̄ canonicā Joānis·
ꝙ charitas nō mox cū naſcit̄ ꝑfe⸗
cta ē· nā vt ꝑficiat̄ naſcit̄· cū fuerit
nata/ nutrit̄· cū fuerit nutrita/ ro⸗
borat̄· cū fuerit roborata/ ꝑficit̄· ↄ⸗
tingit tamen quandoq̄ꝫ ꝙ vnꝰ ho
mo incipit repente ab altiori ḡdu
ſanctitatis· q̄ꝫ ſit ſummum ad qꝺ
contingit perfectio alterius homi
nis· vt patet ꝺ beato Benedicto ꝺ
quo dicit Gregorius in ſcꝺo Dia⸗
logoꝝ· ꝙ preſentes et futuri om⸗
nes agnoſcāt ꝙ Benedictus pu⸗
er conuerſationis gratiam a per⸗
fectione cepiſſet; ·xxij·q·

AD ſecundū ſic procedit̄ur·
Videt̄ ꝙ melius faciat q̄
ↄſentit electioni canonice
de ſe facte q̄ꝫ q̄ eā recuſat· Nā dicit
Gre· xx· mora· Poteſtas cū ꝑcipit̄

nō ex libidine amanda eſt· ſed qñ
aliquis p canonicā electionē Epi
ſcopalē dignitatez adipiſcit' / non
pcipit eā ex libidine · ergo debz eā
amare · nō ergo debet eā recuſare ·
¶ Sz contra ē quod Gre· dicit· xxviij
mora· Qz prelatio p meliorē intē·
tionē fugienda ē · ¶ Rñ dicenduz!
q̄ i eo qui electioni canonice de ſe
facte ɔſentit / ɔſiderari precipue d3
bet quid intendat · ſi em̄ intendit
aliquod tpale! puta honorē / diui·
tias / excutere ſe a iugo religionis /
aut aliqd huiuſmodi / manifeſtuz
eſt q̄ ē praua intentio · vñ melius
faceret ſi nō aſſentiret · ſi aūt inten
dit pfectū eccleſie / planū ē q̄ ē bo
na intentio · Vñ Auguſ· in · xix · de
ciui · dei · In actione nō ē amādus
honor in hac vita ſiue potentia! ſ3
opus ipſuz ſi recte atq3 vtiliter ſit
id eſt vt valeat ad ſalutez ſubdito
ruz · ⁊ inducit illud Apli qd habe·
tur · j · ad Timo · iij · Si quis Epi·
ſcopatū deſiderat bonū opus deſide
rat · ¶ Et tñ ſciendū ē q̄ ad h' op9
maxime requirit' idoneitas · q2 vt
Gre· dicit in paſto · Tantuz actio·
nem populi debet actio tranſcende
re preſulis / qñtū diſtare ſol3 a gre
ge vita paſtoris · ad qd humana
fragilitas ſm ppias vires ſuffici·
ens nō eſt · ſm illud Apoſtoli · ij ·
Corin · ij · Et ad hec quis tam ido·
neus? ſed tñ ex auxilio gratie di·
uine / homines idonei et ſufficiētes
reddunt'! ſicut ipſe poſtmodum ſb
dit · Idoneos nos fecit miniſtros
noui teſtamenti · poteſt ergo ali·
quis laudabiliter ɔſiderans ppriū
defectū ex humilitate officiū plati
onis recuſare · ſic Hieremias dicit·
Neſcio loqui q2 puer ego ſū · Po·
teſt etiā laudabilit' ɔſentire ex fra
terna charitate vt ſalutē aiaz p·
curet · ſic Eſaias q̄ dixit Eſaie · vj ·
Ecce ego / mitte me · ſed ſic Gre · di
cit i paſto · li · j · ca · vij · Et i vtroq3
eſt ſubtiliter intuendum · q2 et is
qui recuſauit plene non reſiſtit! et
is qui mitti voluit ante ſe per al·
taris calculū purgatum vidit! ne
aut nō purgatus adire ſacra my
ſteria quiſq3 audeat! aut quē ſup
na grā elegit ſub humilitatis ſpe
cie ſuperne diſpōni contradicat ·
Quia ergo valde difficile eſt pur·
gatum ſe quenlibet poſſe agnoſce
re / prelationis officium tutius de·
clinat' · non tamen pertinaciter cū
ad ſuſcipiendum hoc ſuperna vo·
luntas agnoſcitur / denegatur ·
¶ Ad primum ergo dicendum! q̄
illud verbum Gre · non debet ſic in·
telligi · poteſtas cū ex libidine non
pcipit' amanda eſt! ſed ita pote·
ſtas cum pcipit' / non eſt amanda
ex libidine · ſubdit em̄ · Sed ex lon
ganimitate toleranda · ¶ Ad ſecū
duz dicēd! q̄ melior eſt intentio p̄
lationem fugientium ſm ppriū
deſideriū · dūmodo nō aſſit neceſſi·
tas ex pte imponentis hoc onus ·
Vñ Auguſ· dicit · xix · de ci · dei · Su
pior loc9 ſine q̄ regi pplus nō pt!
etſi teneat' ita vt dec3 / tñ indecēter
appetit' · ociū em̄ ſanctū q̄rit chari
tas veritatis · negociū aūt iuſtum
ſuſcipit ncītas charitatis ;

· xxiij · · q ·

AD tercium ſic pcedit' · Vi·
det' q̄ prelatus qui benefi·
ciū eccleſiaſticū dat alicui
ſuo ɔſanguineo vel amico / vt alij
eius ɔſanguinei exaltēt' / ſimoniaz
cōmittat · Eſt em̄ ſimonia ſtudioſa
volūtas emēdi vel vēdēdi aliquod
ſpūale vel ſpūali ānexū · ſ3 in caſu p̄
dicto videt' eſſe emptio et vēditio
rei ſpūalis · q2 in ijs nō pt̄ eſſe em·
ptō ⁊ vēditō i q̄b9 ē liberalitas · hic
aūt h' ſperat' vt liberalit' recōpēſet' ·
ergo ibi eſt ſimonia · ¶ Sed con·
tra eſt quod Eſaias dicit euiſdem
xxxiij · ca · Beat9 q̄ excutit man9 ſu
as ab oī munē · ſup q̄ di · glo · q̄ tri

plex ē munus · a manu · a lingua ·
ab obſequio: quoꝝ nullū ē in ꝓpo
ſito caſu · ergo non eſt ibi ſimonia ·
¶ Dicendū ꝙ cū ſimonia circa
emptionē et venditionē ↄſiſtat /
hic diſtinguendū videt̄ · qꝛ ſi p̄la⸗
tus intendit obligare eum cui dat
beneficiū eccleſiaſticū ad aliquā re
compenſationē tp̄alem faciendā
ſibi vel ſuis ↄſanguineis / intentō ſi
moniaca eſt: intendit eīm quādā
tacitam venditionē · ſi vero nō intē
dat eū ad h̄ obligare / ſ; intēdat ꝙ
ille ſibi vel ſuis ꝓpria ſponte tp̄alit̄
recompēſet / eſt quedā p̄ua intētō
et carnalis · ſ; nō ſimoniaca · ¶ Ad
p̄mum ergo dicendū: ꝙ ſc̄m Ph̄m
iiij · Ethi · liberalitas nō ē circa quē
mib⁹ diſpoſitioib⁹ et operatōnib⁹ · q̄ ſm̄ his ſubſtātia nō īueit̄ ī reruȝ natura. ¶ Ꝙȝ ſecūdo modo pt̄ accipi ſbſtātia abſq̄ ſuis diſpoſitōnib⁹ · q̄ ꝯſideratio ſubſtātie nō depēdet a ꝯſideratōe ſuaꝝ diſpoſitōnum · attribuēdo ergo mēſurā durationis rei ſm̄ p̄mū moduȝ / ſoli deo cōpetit duratio: que ſit tota ſimul: nō aūt alicui creature · eo q̄ ſol⁹ deus eſt immutabilis qn̄tuȝ ad eſſentiaȝ: ⁊ quātū ad ōnia: que circa eſſentiaȝ cōſiderari pn̄t · quelibȝ aūt creatura eſt variabilis vel ſecunduȝ ſubſtātiam vl̄ ſecūdū aliquam aliam diſpoſitioneȝ aut operationeȝ · Et ſecunduȝ hoc Auguſtin⁹ xxi · q ad Oroſiuȝ ponit omnes creaturas eē in tempore: etiaȝ āgelos · Sed attribuēdo mēſuram duratōis āgelo ſecundo mō: put ſcilicet ꝯſideratur eius ſubſtantia abſolute · ſic poit̄ e⁹ menſura euū: et nō temp⁹ · De quo q̄dem euo eſt duplex opinio · quidaȝ em̄ dicūt q̄ in euo eſt prius et poſterius: ſȝ nō ſicut ī tp̄e: nāq̄ in tp̄e eſt p̄us et poſterius cū inouatione in euo ſine īnouatione · ſȝ hoc non eſt ītelligibile · īpoſſibile ē enim eſſe alicui⁹ durationis duas ptes ſiſ: quarū vna alteram nō includit ſic menſis īcludit diē: Vnde ſil̄ ē aliq̄d in die et in menſe · ſȝ duo dies et duo menſes ſimul eſſe non pn̄t · vn̄ qn̄docūq̄ in aliq̄ duratōne ponūtur due partes q̄ruȝ vna eſt p̄or ⁊ alia poſteior / oportȝ q̄ vna trāſeūte / alia de nouo adueiat · et ſic oportet q̄ in omni duratione in q̄ ē p̄us et poſterius ſit īnouatio · menſura aūt duratōnis īnouatōȝ habere non pt̄ · niſi illud quod per duratōneȝ menſurat̄ / īnouatōneȝ recipe poſſȝ · Eſſe aūt āgeli ē abſq̄ īnouatione · quia ex quo eſſe cepit immutabile pſeuerat: cuȝ ī eo nec ſit motus: nec alicui motui ſit ſubiectū · ſicut eſſe rerum corruptibiliū eſt ſubiectum motui celeſti · Si ergo attribuat̄ menſura angelo qn̄tum ad ſubſtantiā tantuȝ / illa non habȝ prius ⁊ poſterius · ſic em̄ mēſuratur eoꝝ eſſe euo · et ſimiliter ſi attribuatur ei mēſura durationis quantū ad eſſentialē opatōnē beatitudinis ſic em̄ ſūt in p̄ticipatōe eternitatis · Si vero attribuat̄ eis mēſura duratōnis rōne aliaꝝ operatōnū vel affectōnū / ſic eoꝝ mēſura habet prius et poſterius · ita em̄ meuſurātur tempore ſecundum q̄ dicit Auguſti · viij · ſuper geneſim ad litteram: q̄ deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus ·

Ad primum ergo dicendum: q̄ rei eterne vel euiterne aliquid pt̄ attribui dupliciter · Vno modo ratione ſuiipſius · et ſic non attribuit̄ ei nec futuruȝ eſſe nec fuiſſe: ſed ſolum eſſe: q̄ ī preterito ⁊ futuro implicatur prius et poſterius nō aūt in p̄ſēti · Alio modo ratione mēſure adiacētis vel ſbiacentis id eſt ratione temporis · et ſic attribuit̄ ei fuiſſe p ꝯcomitantiaȝ ad tēpus preteritum: et futurum eſſe p ꝯcomitantiam ad futurum tempus · ipſum enim momentū eternitatis adeſt ōni tempori · Vnde dicit Auguſtinus de deo q̄ fuit: q̄ nūquaȝ defuit · erit: quia nūquaȝ deerit · ſic ergo deus non poteſt facere āgeluȝ non fuiſſe · quia nō poteſt facere vt eſſe angeli nō ſit ſimul cū tempore: quod p̄ſens ē nūc vl̄ erit in futuro · ⁊ iſta diuerſitas magis depēdet ex mō locutōnis q̄ ex natura rei ·

¶ Ad · ij · dicendū: q̄ infinitū dicitur aliq̄d dupliciter · Vno mō p̄uatiue: ⁊ ſic non attribuit̄ niſi hiis que habent intenſionem vl̄ que habēt extēſionē vl̄ qn̄titatē · hs em̄ ſoluȝ natū ē habere finē · et ita euū nll'o mō hȝ īfinitatē · q̄ non hȝ aliq̄ extēſionē ſiue extēſio ī eo ꝯſideret̄ ex cōparatōne menſure iacentis · ſcili-

cet temporis ſiue alias · et ita nul⸗
lū creatum eſt infinitū actu · Alio
modo dicit᷑ infinitum negatiue · id
eſt qꝛ non habet finem · et ſic etiaꝫ
indiuiſibilia īfinita dicunt᷑ : vt pū⸗
ctum et vnitas · qꝛ non ſūt finita ·
ꝛ h̾ mō euū ē īfinitū · qꝛ ſcꝫ non fi⸗
nit᷑ · ſic autem aliqđ creatum eſſe
ſm aliquid īfinitum actu nihil ꝓ⸗
hibet · ¶ Ad tercium dicendū · ꝙ ꝑ
eundem modum eſt eſſe angeli īfi⸗
nitum et euum · ¶ Ad · iiij · dicendꝰ
ꝙ inter eternitatem ꝛ euuꝫ poteſt
aſſignari triplex differētia : Qua⸗
rum vna poteſt ſumi ex premiſſis ·
nam eternitas menſurat ipſā ſub⸗
ſtantiam eterni : ſm ꝙ eſt in reruꝫ
natura : id eſt cū ōnibus que ei at⸗
tribuunt᷑ · nō autem euum vt di⸗
ctum eſt · Alia ſumit᷑ ex hoc ꝙ et̾⸗
nitas menſurat eſſe ꝑ ſe ſtans · vñ
eternitas eſt idem cū ſubſtātia et̾⸗
ni · euum autem menſurat eſſe cre⸗
atum · qđ non eſt ꝑ ſe ſtans · qꝛ ē
aliud a ſbſtantia ētis creati · Ter⸗
cia pt̄ ſumi ex h̾ ꝙ euuꝫ qͥuis ſit īt̾⸗
minabile ex ꝑte finis / nō tñ ex ꝑte
pncipij · et̾nitas vͦo ex ꝑte vtriuſqꝫ
· et ꝑ hec ptꝫ ſolutō ad obiecta ;

Deinde querit᷑ de aīa et pͥmo
qñtū ad naturam · Secūdo
qñtuꝫ ad ğtiā · Ter° qñtuꝫ ad
culpā · Quar° qñtū ad penā et ad
gloriam ¶ Circa naturalia anime
queſitum ē de eius ſbſtātia ꝛ opa⸗
tione · Circa ſubſtātiaꝫ queſita ſūt
duo · Primo vtrum aīa ſit ſue po⸗
tentie · Secūdo vtrum aīa ſm ſuaꝫ
ſubſtātiā ſit corruptibilis ; · v · q ·

Ad primum ſic ꝓceditur · vi⸗
detur ꝙ anima ſit ſue po⸗
tentie · qꝛ in libro de ſpū ꝛ
anima dicit᷑ : ꝙ anima eſt quedam
ſua ſcilicet potentie : quedam vero
ſua non eſt ſcilicet virtutes · Pre⸗
Auguſtinus dicit in libro de tri : ꝙ
memoia intelligentia et voluntas
ſunt vna vita : vna eſſentia · ſꝫ hec
tria ſm magiſtrū in tercia diſtincti⸗
one pͥmi libri ſunt tres anime vi⸗
res · ergo vires anime ſūt ipā ei9
eſſentia · ¶ Sed contra eſt ꝙ Dio ·
xi · capitulo · ce · hier · diſtinguit ſu⸗
ꝑiores ſbſtantias : ſcilicet āgelos
in tria : ſcilicet ſubſtantiam virtutē
et opationem · ſed angelus non ē
minoris ſimplicitatis qm anima ·
ergo etiam in anima / ſua ſbſtātia
nō ē ſua virt9 ſiue potentia ¶ Pre⸗
eoꝝ que ſūt idem ſm idem / ſi vnuꝫ
multiplicetur / ꝛ reliquum · ſi ergo
anima ſit idem qđ ſue potentie / vi⸗
detur ꝙ cum potentie ſunt multe /
eſſentia anime vna eſſe nō poteſt ·
¶ Reſponſio dicendū ꝙ de anima
loqͥ dupliciť poſſum9 · Vno modo
ſm ꝙ eſt quedam ſbſtantia · et ſic
impoſſibile eſt ꝙ anima ſit ſue po⸗
tentie : qđ duplici patꝫ ratōne : quaꝝ
vna ſumitur ex eo quod eſt anime
proprium · qꝛ ſcilicet impoſſibile ē /
vt ideꝫ ſm idē ſit naturaliť pncipiū
plurium et diuerſoꝝ numero et qͥſi
oppoſitorum · anima auteꝫ ſm di⸗
uerſas potentias inuenit᷑ eē pnci⸗
pium diuerſorum actuū ſm ſpēm
et qͥſi oppoſitorum · vñ impoſſibile
ē ꝙ ipā eſſentia anime que ē vna /
ſit immediatum horum principiuꝫ ·
ꝛ ideo oportet ponere in aīa preter
ſubſtātiam potentias naturales :
que ſūt horum actuum immedia⸗
tum principium · Alia ratio ſumit᷑
ex eo quod eſt commune anime ꝛ
omni ſbſtantie create / in nulla enī
ſubſtantia creata eſt idem eē ꝛ ſua
opatio · h̾ enī ſoli9 dei ē · eēntia aūt
ē eēndi pncipiū · potētia vero opa⸗
tionis · vñ cū ab vno naturaliť nō
ſit niſi vnū / nulla ſbā niſi diuina ē
ſua potētia : nec eēt īſtātia de potē⸗
ti a materie : etiā dato ꝙ ſit ſua po⸗
tētia · qꝛ tꝉis poteñ nō ē ad opatōꝫ
ſꝫ ad eē · Alio mō poſſu9 loqͥ de aīa
ſm ꝙ ē qđdā totū potentionale : ꝛ
ſic diuerſe potentie ſunt diuerſe ꝑ⸗

tes eius · et ita aīa p̄dicat᷑ de po-
tētijſ / vl' ecōuerſo / abuſiua p̄di-
catōe · ſic̄ totū ītegrale de ſuis ꝑti-
bꝰ vl' ecōuerſo / ꝗuis minoꝛ ſit ab-
uſio ī toto potētionali ꝗ̄ ītegāli · q̄ꝛ
totum potētionale ſc̄m ſubſtantiaꝫ
adeſt cuilibꝫ parti / nō aūt ītegra-
le · ¶ Et per h̄ patet ſolutio ad ob-
iecta;

·vj· ·q·

Hoc ſcd̄m ſic ꝓceditur · Videt᷑
q̄ aīa rōnalis ſit coꝛruptibi-
lis · q̄ꝛ ſcd̄m Damaſce · nul-
la ſubſtātia pt̄ eſſe ſine ꝓpria oꝑa-
tione · ꝓpria aūt aīe rōnalis oꝑa-
tio eſt intelligere / ad quam indigꝫ
coꝛpoꝛe · cum nō ſit intelligere ſine
fantaſmate · ut patet ꝑ Philoſo-
phum · iij · de anima · ergo diſtru-
cto coꝛpoꝛe / ſubſtantia anime rō-
nalis nō manet · ¶ Pꝛe · id q̄d ha-
bet v̄tutem vt ſit ſemꝑ / nō inuenit᷑
q̄n̄ꝗ eſſe et nō eſſe · tandiu em̄ res
eſt / quandiu v̄tus rei expoſcit · er-
go q̄d inuenit᷑ q̄n̄ꝗ eſſe / ⁊ quād-
ꝗ nō eſſe / nō habet v̄tutem ut ſit
ſemꝑ · q̄ꝛ omne q̄d incipit eē / non
habꝫ v̄tutē vt ſit ſemꝑ / et ita nihil
q̄d incepit eſſe pt̄ eſſe īcoꝛruptibi-
le · ſꝫ aīa rōnalis incepit eſſe · ergo
nō pt̄ eſſe incoꝛruptibiliſ · ¶ Pꝛe ·
hominis compoſiti ex anima et coꝛ-
poꝛe eſt q̄ddaꝫ eſſe / aut ergo p̄e-
ter hoc eſſe / anima habꝫ aliud eſſe
aut nō / ſi habet aliud · ergo com-
poſitio eſt anime ſuꝑueniēs pꝰ eē
completum · ergo huiuſmōi com-
ſitō / eſt anime accidētalis / ⁊ ſic hō
nō erit ens ꝑ ſe / ſꝫ ens per accidenſ
q̄d eſt inconueniēs · Si aūt nō habꝫ
aliud eſſe anima p̄ter eſſe ꝯpoſi-
ti · ergo poſtq̄ deficit eſſe cōpoſiti /
anima eſſe nō poteſt · ſed in moꝛte
coꝛpoꝛali deficit eē ꝯpoſiti · ergo aīa
poſt moꝛteꝫ coꝛpoꝛis nō remanet ·
¶ Pꝛe · ſi anima ē foꝛma coꝛpoꝛis /
aut ergo ꝑ eſſentiā ſuā / aut ꝑ ali-
quod accidēs · ſi per aliquod acci-
dens / ſequit᷑ q̄ compoſitō anime ⁊
coꝛpoꝛis ſit accidentalis / ſicut hoīs
ad indumentū · Si ꝑ eſſentiaꝫ cum
foꝛma inq̄ntum foꝛma nō poſſit eē
ſine materia / videt᷑ q̄ anima poſt
moꝛtem coꝛpoꝛis r̄manere nō poſ-
ſit · ¶ Sed cōtra ē q̄d dicit Phūs
in · ij · de anima / q̄ rationale ſe-
parat᷑ ab alijs tanq̄ ꝑpetuū a coꝛ-
ruptibili · ¶ Pꝛe · Philoſophus ī
· x · ethicoꝝ oſtēdit felicitatem cō-
templatiuā p̄eminere ciuili / eo q̄
eſt diuturnioꝛ · ſed ciuil' durat vſq̄
ad moꝛtem · ergo ꝯtemplatiua eſt
etiā poſt moꝛtem · et ſic anima pꝰ
moꝛteꝫ coꝛpoꝛis manet · ¶ Rn̄ꝰ dicē-
dū / q̄ neceſſe eſt ponere ſubſtātiā
anime rationalis īcoꝛruptibilē eſ-
ſe · ſi em̄ coꝛrumpit᷑ / aut ꝑ ſe aut ꝑ
accidens · ꝑ ſe quidē coꝛrumpi nō
poſſꝫ / niſi eſſꝫ compoſita ex materia
⁊ foꝛma contrietatem hn̄te / quod
eſſe nō poſſet / niſi eſſꝫ elementum /
aut ex elementis / vt antiqui phi-
loſophi poſuer̄t / quoꝝ poſitioneſ
in p̄mo de aīa reꝓbāt᷑ · Per acci-
dens aut coꝛrūpi nō poſſꝫ / niſi po-
neret᷑ q̄ nō haberet eē ꝑ ſe / ſed ſo-
lum eſſe cū alio / ſic eſt de alijs foꝛ-
mis mateialibꝰ / que ꝓprie nō hn̄t
eſſe ſubſiſtens / ſed ſūt ꝑ eſſe com-
poſitoꝝ ſubſiſtentiū / quoꝝ ſūt ꝑ-
tes · ⁊ ſic ꝑ accidēs coꝛrūpunt᷑ coꝛ-
ruptis ꝯpoſitis · ſꝫ h̄ de aīa rationa-
li dici nō pt̄ · nam q̄d nō habꝫ ꝑ ſe
eſſe impoſſibile ē q̄ per ſe oꝑetur /
Vnde alie foꝛme nō oꝑāt᷑ ſꝫ ꝯpoſi-
ta ꝑ foꝛmas / aīa aūt rōnal' hꝫ ꝑ ſe
oꝑatōꝫ quaꝫ exercet nullo oꝛgano
mediāte / ſcꝫ intelligere / vt pꝛobat
Phūs ī · iij · de aīa · nō em̄ poſſꝫ oī-
um ſēſibiliū foꝛmas ꝯgnoſcere / ni-
ſi ab oībꝰ foꝛmis ſēſibilibꝰ eſſet de-
nudata / vel niſi eſſꝫ actus oīm / cum
nihil r̄cipiat q̄d iā hꝫ · ergo opoꝛtꝫ
ſi aīa ꝑ aliq̄d oꝛganū ītelligeret / q̄
ſuū oꝛganū careret oī foꝛma ſēſibi-
li / cū omēs foꝛmas ſēſibiles ſit na-
ta ītelligere / ſic̄ pupilla carꝫ oī ca-

loꝛe: ad hoc ꝙ viſus poſſit omnes
coloꝛes cognoſcere · impoſſibile aū
eſt eſſe aliqđ oꝛganū coꝛpoꝛale ca-
rens omī foꝛma ſēſibili · relinquitᷣ
ergo ſbſtātiam aīe intellectiue eē
incoꝛruptibilem · vnde ⁊ Phūs di-
cit in · j · de aīa: Qꝫ intellectus vide-
tur eſſe quedā ſbſtantia et nō coꝛ-
rumpi · hūc aūt incoꝛruptibilez in-
tellectū quidaʒ ponūt extra hoīem
eſſe / ponētes animā que eſt pars
hominis coꝛruptibilē foꝛe: Cui po-
nunt intellectuʒ ſepatum ꝯtinua-
ri dupliciter · Vno modo per illu-
ſtrationeʒ ſm̄ eos qui ponunt in-
tellectum agentem ſeparatum ⁊ i-
coꝛruptibilem · intellectū vero poſ-
ſibilem coniunctuʒ ⁊ coꝛruptibilē ·
Alio modo per continuationeʒ in-
tellectus ad fantaſmata: ſecūdum
eos qui etiam ponunt intellectum
poſſibilem eſſe ſeparatum ⁊ incoꝛ-
ruptibilem · Sed pꝛimuʒ hoꝛū eſſe
non poteſt · quia ſi ī nobis non eſt
alia virtus niſi materialis / lumen
intellectus agentis non poteſt in
nobis recipi niſi materialiť: cū re-
ceptum ſit in recipiente per modū
recipientis · et ita non recipietᷣ mō
intelligibili: ⁊ ſic non poteimꝰ eſſe
ītelligētes · ſimiliter ſcđm / eſſe non
poteſt · nam fantaſmata ſūt in no-
bis per noſtraʒ operationem: que
ꝯſequitur eſſe ſubſtātiale: ⁊ ſic hō
non haberet eſſe ſpecificum ex hoc
ꝙ eſt rationalis: cuʒ non ſit ratio-
nalis niſi ex hoc ꝙ intellectui con-
iungitur · Reſtat ergo ꝙ ipſa aīa
humana que eſt foꝛma coꝛpoꝛis /
ſit intellectus incoꝛruptibiľ · ¶ Ad
pꝛimum ergo dicenduʒ: ꝙ anima
indiget aliq̄ coꝛpoꝛali ad ſuaʒ ope-
rationem dupliciter · Vno modo
ſicut oꝛgano: per quod operatur:
ſicut indiget oculo ad videndum ·
et ſic ad intelligendum (vt pꝛoba-
tum eſt) non indiget aliquo oꝛga
no · ſi autē ſic indigeret oꝛgano ad
ītelligendū / eſſ coꝛruptibiľ vt ꝑpote
nō potēs ꝑ ſe opari · Alio mō aīa
ad operāduʒ indiget aliq̄ coꝛpoꝛali
ſic̄ obiecto: ſic̄ ad videndū indiget
coꝛpoꝛe coloꝛato · et ſic aīa rōnalis
īdiget fantaſmate ad ītelligendū ·
qꝛ fantaſmata ſūt vt ſēſibilia aīme
ītellectiue vt dicitᷣ ī · iij · de anima ·
operatio aūt que ſic indiget coꝛpo
rali re a pn̄cipio nō pť eſſe ſine coꝛ
poꝛali illo · poteſt aūt poſtea: ſicut
anima ſēſitiua nullā operatōʒ ha-
bere pť / niſi pͥmo moueatᷣ a ſēſibi-
libꝫ: q̄ ſūt extᷓ aīaʒ · ſʒ poſtea rema-
net actus imaginatōis / ſēſibilibꝫ
abeūtibꝫ · Et ſimiliť deſtructis fan-
taſmatibꝫ / opatō ītellectiua ī aīa
remanere pť · ¶ Ad · ij · dicendū: ꝙ
illa rō eſt ꝓbatio Phī in · j · celi et
mūdi: q̄ oñdit ꝙ omne gn̄atuʒ eſt
coꝛruptibile · et hť locuʒ ī illis que
fiūt et coꝛrūpūtᷣ naťaliť: in q̄bꝫ ex
defectu v̄tutis eſt / ꝙ nō pn̄t nec ſꝑ
fuiſſe: nec ſemꝑ foꝛe · nō aū hť locū
in ijs que ꝑ creatōʒ fiūt: ⁊ que ac-
cipiūt a deo v̄tutē vt ſint ſꝑ: ꝑ quā
eē nō pn̄t anq̄ʒ eā accipiūt · ¶ Ad
terciū dicēdum: ꝙ aīa eē ſuū ꝯicat
coꝛpi: qđ q̄dē ita acq̄riť aīe in coꝛ-
poꝛe: vt ſm̄ ipm ſbſiſtere poſſit: qđ
nō ē de alijs foꝛmis · ⁊ ſic ipm eē aī-
me fit eē ꝯpoīti · et iđo manʒ diſtru
cto ꝯpoīto ¶ Ad · iiij · dicēdū: ꝙ aī
ma ſm̄ ſuā eēntiaʒ nō ē foꝛma coꝛ-
poꝛis: nec diſtructo coꝛꝑe diſtruiť
in aīa id ſm̄ qđ eſt foꝛma ſed ſoluʒ
deſinit eſſe foꝛma in actu;

DEinde q̄riť de opatōe aīme ·
Et circa hᷓ querūť duo · pͥmo
vtꝝ aīa intellectiua oīa que
ꝯgnoſcit / ī pͥma v̄itate ꝯgnoſcat
Scđo vtꝝ aīa ſepata a coꝛꝑe / ha
beat actū ſēſitiuaꝝ potētiaꝝ;

· vij · · q ·

AD pͥmū ſic ꝓceditur · Videtᷣ
ꝙ anima quicquid ītelligit /
ītelligat ī pͥma v̄itate · Aug ·
eñ dicit ī pͥmo ꝯfeſ · Si ābo videa-

am9 id verũ eſſe qđ dico: vbi queſ-
ſo videm9? nõ ego ĩ te: nec tu in me:
ſꝫ ãbo ĩ ea que ſup̃ nos ẽ ĩcõmuta-
bili veritate. et ſic om̃e verũ qđ aĩa
cognoſcit/ in prima veritate videt.
¶ Prete: verũ addit ſup ens mani-
feſtationẽ. ergo prima veritas ẽ p
quã oĩa manifeſtãt. ſed id q̃ aliqđ
manifeſtat oportet maxie eſſe ma-
nifeſtũ. ſic patꝫ de pncipĳs demõ-
ſtrationis: ⁊ đ luce corpali: p quã
viſus corpa vidꝫ. ergo pma veitas
ẽ maxie oĩbꝫ mẽtibꝫ maifeſta. ⁊ ſic
nõ ſolũ per eã/ ſꝫ ĩ ea oĩa cognoſcũt
¶ Sed contra: multi de concluſio-
nibus demonſtratiuis verã cogni-
tionẽ habent/ qui de prima verita-
te nihil ɔſiderãt. ergo nõ omne ve-
rum in prima cognoſcit veritate.
¶ Prete. Auguſ. dicit in libro đ li-
bero arbitrio: ꝙ nullus đ pma ve-
ritate iudicat. ⁊ ita ſi de ea non iu-
dicatur: nec alia cognoſcũt in ea.
¶ Ițz dicendũ: ꝙ ſic dicit qđã glo.
ſup illud Diminute ſũt veritates et
cetera. Ab vna prima veitate/ mľ-
te veritates ĩ mentibꝫ hominuꝫ re-
ſultãt: ſic ab vna facie hominis re-
ſultant multe facies ĩ ſpeculo fra-
cto. hec autẽ reſultatio veritatis ẽ
qñtũ ad duo: ſcꝫ qñtũ ad lumẽ in-
tellectuale: de q̃ ĩ pſ. dicit. Sigñtũ
ẽ ſup nos lumen vult9 tui dñe. et
qñtũ ad principia naturalit nota.
ſiue ſint complexa ſiue ĩcomplexa
nihil aũt poſſum9 veritatis cogno-
ſcere/ niſi ex primis pncipĳs: ⁊ ex
lumine intellectuali: que veitateꝫ
manifeſtare nõ poſſunt: niſi ſm ꝙ
ſũt ſimilitudo illi9 pme veritatis:
⁊ ex hoc etiã habẽt qñdã immuta-
bilitatem et infallibilitateꝫ. ſic er-
go ĩ prima veritate ſm ſuam eſſen-
tiã nõ omnia videnť a nobis ĩ ſta-
tu vie. cũ nec ipa p ſuã eẽntiã a vi-
atoribꝫ videat. ſed in ipſa ratione
ſue imaginis: ſcꝫ veritatis a nobis
cognoſcit. Et exinde ẽ ꝙ duo/ idẽ
verũ habẽt: inqñtũ de pma verita-
te reſultat exemplata veritas ĩ mẽ-
te vtriuſqꝫ: et ita intelligendũ eſt
dictum Auguſtini. Et ſic patet ſo-
lutio ad primum ¶ Ad ſecundum
dicendũ: ꝙ opari aliquo ſiue mo-
uere dicit dupliciter. Uno modo
ſic pncipio formali operis vel mo-
tus. et ſic nõ oportet ꝙ motio mo-
uẽtis in ope opantis termineť ad
id quo opat. nõ eñi ignis calefa-
cit calorem quo calefacit. Alio mõ
ſic inſtrumẽto. et ſic motio mouẽ-
tis terminat ad id quo mouet: ſic
manus/ baculo mouet lapidem et
baculũ mouꝫ. Id ergo quo cogno-
ſcim9 ſic inſtrumẽto/ oportꝫ nobis
eſſe primo notũ. ⁊ ſic cognoſcim9
ɔcluſiones p pncipia naturaliter
nota: ad que opat ĩtellect9 agẽs
ſic ad inſtrumẽtũ vt dicit Cõmen-
tator in tercio de anima. ſed id quo
cognoſcim9 ſic forma cognoſcẽtis
nõ oportꝫ eſſe notũ. qꝛ nec oculus
videt lucẽ que ẽ de oculi opatione:
nec ſpeciẽ p quã videt. et ita etiam
nõ eſt neceſſariũ: vt q̃cũqꝫ intelli-
git aliqd intelligat ĩtellectũ ſuũ q̃
ĩtelligit vel lumẽ intelligibile. Sic
ergo vitas a pma vitate ĩ mentibꝫ
exẽplata: a nobis pri cognoſcit de
nc̃itate: ad hꝫ ꝙ alia ĩ ea ɔgnoſcãť
ſcꝫ qñtũ ad ipa pncipia ⁊ ptim nõ
đ nc̃itate cognoſcit ſcꝫ qñtuꝫ ad ĩ-
tellectuale lumẽ; ipa vero exẽplãs
veritas a nobis p eſſentiã ſuaꝫ nõ
videtur; .viij. .q.

AD ſecũdũ ſic pcedit: Ui-
deť ꝙ aĩa ſepata actũ ſẽſi-
tiuaꝝ potẽtiaꝝ hr̃e poſſit
Caſſi. eñi dicit in libro ſuo đ aĩa ꝙ
aĩa ſine corpe vidꝫ et audit et reli-
q̃s ſẽſibꝫ viget ¶ Pre. Luce. xvj.
quedã dicũť đ diuite ĩ infernuꝫ ſe-
pulto: que ſine actu ſenſuũ eſſe nõ
poſſunt: ſed conſtat ꝙ ibi erat tñ
anima ſine corpore: ergo anima
ſine corpe operatõneꝫ ſẽſuum ha-

bere pt̄· ¶ Pr̄ete· fruſtra eſt poteñ
que non reducit᷑ ī actum· ſꝫ in aīa
p⁹ mortem remanent potentie ſē-
ſitiue· ergo ⁊ actus ſenſuuꝫ· ¶ Sꝫ
ↄtra· ſētire ē opatio cōiūcti· ergo
diſtructo coniuncto in aīa ſepata
remanere non pt̄· ¶ Rñ̄ dicenduꝫ:
ꝙ impoſſibile eſt in anima ſepata
alic⁹ potentie ſenſitiue actuꝫ eſſe:
qḋ ſic patꝫ· opatio nāqꝫ ſenſitiue
potentie eodem modo pficit᷑ in ho-
mine et in bruto· eodem modo eñ
videt homo per oculum q̄ et equ⁹·
Actus eñ ſenſitiue potentie ī bru-
to vl̄ non eſt ipſius ſenſitiue p ſe:
ſed mediante organo· ſi enim p ſe
haberet opationē aīa ſenſitiua ſic
eſſꝫ incorruptibilis ſic̄ de aīa ratio-
nali pbatuꝫ ē· Vñ̄ cū̄ h̄ ſit ī ↄuenī-
ēſ / impoſſibile ē ꝙ ī bruto vl̄ ī hoī-
ne ſēſitiua potētia habeat aliqueꝫ
actū̄ ꝓpriū̄: ſꝫ ōms act⁹ ei⁹ ē ↄiūcti·
vñ̄ in aīa ſepata remanere nō pt̄·
Quidā̄ tñ̄ dicūt aīā̄ꝫ ſēſitiuā̄ habe-
re duoſ act⁹: vnū̄ quē exercꝫ orga-
no mediāte q̄ p⁹ mortē non manet
Aliū̄ quē pſeipā̄ꝫ agit· ⁊ hic manꝫ
p⁹ mortē: h̄ aūt videt᷑ atteſtaī opi-
nione Platonis de aīa: q̄ ponebat
aīmam ſēſitiuam mouere ſeipſaꝫ·
et etiam corpus· et ſic opatio illa
q̄ mouebat ſeipā̄ꝫ / erat ſibi ꝓpria·
Alia vero q̄ mouebat corpus erat
ↄiūcti· Et p h̄ ponebat Plato aī-
mas brutoꝝ eſſe incorruptibiles:
h̄ eñ de neceſſitate ſeq̄t᷑· quod tñ̄
iſti nō concedunt Ad pmuꝫ ergo
dicendum· ꝙ ſicut opatōnes vo-
luntatis ꝓpter quandā̄ ſimilitudi-
nominant᷑ nominibus paſſionuꝫ /
que ſūt in appetitu ſenſitiuo / ita et
intellectus opationes nominant᷑
ab opatōnibus ſenſuū̄ p ſimilitu-
dinem· et ſic loq̄t᷑ Caſſiodor⁹ ¶ Ad
·ij· dicendū̄: ꝙ illa v̄ba que dicūt᷑
de diuite oportet metaphorice in-
telligi: vl̄ ſ̄m reruꝫ ſimilitudines:
⁊ non ſ̄m res ipſas vt Auguſtin⁹
dicit ¶ Ad t̄ciū̄ dicendum: ꝙ ſ̄m
q̄ſdam in aīa ſepata non remanēt
potētie ſenſitiue actu ſꝫ ī radice tñ̄:
ſi tamen actu manent / non fruſtra
erunt: q̄ꝫuis actibꝰ careāt· manēt
eñ̄ ad nature ītegritatē: ſic̄ mēbra
gn̄ationis in r̄ſurgentiū̄ corpoibꝰ;

Deinde querit᷑ de ijs que p-
tinent ad ꝯtiam· Et circa h̄
querūt᷑ tria· Primo de pre-
cepto honorationis pntū̄ Secū̄do
de ↄſilio qñ̄tum ad votū̄ obediētie
Tercio qñ̄tuꝫ ad ↄtinentie votū̄;

·ix· ·q·

AD primum ſic proceditur·
Videtur ꝙ ille cuius pat
non poteſt ſuſtentari a fi-
lio / niſi ↄtrahendo accipiat dotem
vnde patrem nutrire poſſit / nō te-
neat᷑ ↄtrahere vt patrem ſuſtētet:
cuꝫ eñ̄ charitas ſit ordinata prius
tenet᷑ ſibi q̄ꝫ patri· ſꝫ laudabile eſſꝫ
ſi aliq̄s ꝓpter virginitateꝫ ſeruan-
dā̄ ſe morti exponeret· ergo non te-
net᷑ aliq̄s p ſeruā̄da vita patris
matrimoniū̄ ↄtrahere ¶ Pr̄etere:
preceptum non contrariat᷑ ↄſilio·
ſed de virginitate ↄſeruanda ē cō-
ſilium vt patet pme corin· vij· er-
go per preceptum de honoratione
parentum non obligatur aliquis
ad hoc / vnde virginitatē perdat·
¶ Sed ↄtra: preceptum affirma-
tiuum obligat pro loco et tpe· ſed
tpus obſeruandi preceptum ꝺ ho-
noratōe pntū̄ ē / qñ̄ pntes īdigēt·
ergo tunc obligatur aliq̄s ex tali
precepto: ⁊ ita videtur ꝙ teneatur
mrīmoniū̄ ↄtrahere ſi alias patri
ſubuenire nō poſſꝫ· ¶ Rñ̄ dicendū̄:
ꝙ caſ⁹ ꝓpoſit⁹ non videtur de facili
poſſibil̄· vix eñ̄ ↄtingere pt̄ qñ̄ q̄s
pntes ſuſtentare poſſit abſqꝫ ma-
trimonij contractu: ſaltem mani-
bus operando vel mendicando· ſi
tamen hoc contingeret / eſſet idem
iudiciū̄ de virginitate ſeruanda in
iſto articlo: ⁊ de alijs pfectōis ope

ribus: ſicut eſt introitus religionis de quo quidaꝫ varie opinant̄ᷣ. Di-
cunt em̄ aliqui: ꝙ ſi aliquis habet patreꝫ indigētem/ debꝫ ei dimitte-
re ſiquid habꝫ ad eiꝯ ſuſtētationē. et ſic pt̄ licite religionem intrare/
pr̄is curaꝫ patri celeſti committēs qui omēs creaturas paſcit. ſed ꝙ
hec opinio nimis videtur aſpera/ melius videt̄ᷣ dicenduꝫ: ꝙ aut iſte
qui habet ꝓpoſitum intrandi reli-gionem/ in ſeculo non poſſit viue-re ſine peccato mortali vel nō defa-cili: ꝫ timet ſibi periculū imminere peccati mortalis (cū magis tenea-tur ſaluti aīe ſue ꝓuidere ꝙ̄ corpo rali neceſſitati parētū) non debꝫ re tardari ab īgreſſu religionis pro-pter prouiſionem parētū. ſi auteꝫ vidꝫ ſe ī ſeculo poſſe ꝯſeruai abſqꝫ peccato/ diſtinguendum videt̄ᷣ. ꝙ aut ſine eiꝯ obſequio parētes nul lo modo viuere pn̄t: et ſic tenetur eis ſeruire: ⁊ alia opera ꝑfectōnis pretermittere. ꝙ peccaret eos di-mittens. ſi vero ſine eius obſequio poſſent parētes aliqualiter ſuſtē-tari/ non aūt honorifice/ nō ꝓpter hoc tenet̄ᷣ opa perfectionis dimit-tere. Secus aūt eſt in illo qui iam religionem intrauit. ꝙ iam cū ſit mortuꝯ mūdo ꝓpter ꝑfectōꝫ/ ſolu-tus eſt a lege q̄ in mūdanis obſe-quijs pn̄tibꝫ tenebat̄ᷣ. ſm doctri-nam Apoſtoli ad ro. vij. In alijs aūt ſpiritualibꝫ puta oratōnibꝫ et huiuſmodi tenet̄ᷣ eis ſeruire. Et h̄ quod dictū eſt de introitu religio-nis/ pt̄ etiā de obſeruantia virgi-nitatis et de alijs operationibꝫ ꝑ-fectionis dici. ¶ Ad primū ergo di cendū: ꝙ ſi non eſſet virginitatem ꝓfeſſꝯ/ non deberet mori fame an̄-ꝙ̄ mr̄imoniuꝫ ꝯtraheret. ¶ Ad ſe-cūdū dicendū: ꝙ preceptum ꝯtra-riari ꝯſilio nihil ꝓhibꝫ ī caſu;

·x· ·q·

AD ſecūdū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ᷣ ꝙ religioſꝯ qui emiſit votū obediē-tie/ teneat̄ᷣ ī oībꝫ prelato obedire: etiam in īdr̄ntibꝫ. ꝙ per votū ca-ſtitatis religioſus oī ꝯcubitui ab-renunciat. ergo ꝑ votū obedientie abrenūciat ꝓprie volūtati: et q̄ntū ad oīa. ¶ Pre. btūs Bn̄dictꝯ dicit in regula: ꝙ etiam prelatus ſi im-poſſibile iubeat tentandū ē adim-plere. ergo mūltomagis in īdr̄nti-bus tenet̄ᷣ obedire. ¶ Prete. votuꝫ obediētie ad ſtatū ꝑfectōis ꝑtinꝫ. hoc aūt nō eēt/ ſi nō teneret̄ᷣ obedire niſi de ijs que ī regl̄a ꝯtinētur. ꝙ q̄libꝫ ſubditꝯ/ etiā ſecularis tenet̄ᷣ ſuo prelato obedire ī aliq̄bꝫ que ꝑ-tinēt ad ius prelatōis. ergo videt̄ᷣ ꝙ religioſus tenet̄ᷣ ſimpliciť obedi re ī oībꝫ. Sed religioſꝯ nō tenet̄ᷣ ad ꝯtra
plura ꝙ̄ ſecularis niſi q̄tenꝯ ſe per votū obligauit. ſꝫ ꝑ votuꝫ ꝓfeſſio-nis nō ſe obligauit ad obediēdū: niſi ſm rg̃laꝫ. ergo ī pluibꝫ obedi-re non tenetur/ ꝙ̄ que ſūt ſcdm re-gulā. ¶ Pre. Bern. dicit ď diſpen-ſatōne et precepto Nihil precipiat mihi prelatꝯ eoꝝ que non ꝓmiſi: nihil ꝓhibeat eoꝝ que ꝓmiſi. Rẜ dicēdū: ꝙ circa h̄ ꝑtm oēs cō-uenīūt: ⁊ ꝑtm abīuicē diſſentiūt. ꝙ em̄ religioſꝯ nō teneat̄ᷣ p̄lato obe dire ī ijs q̄ ſūt con̄ deū vl̄ ī cōtrium ꝙ̄ntū ad ea ī q̄bꝫ p̄lato diſpēſatio nō ꝯmttit̄ᷣ/ oēs ꝯmuiter dicūt/ ꝙ etiā ī ijs q̄ ſūt artiora ſeu altōra ꝙ̄ rgl̄e obedire/ nō teneat̄ᷣ: ſꝫ obedire ī ill̄ ſit obediēti e ꝑfecte ab oībꝫ dr̄/ Sed circa īdr̄a vel ea q̄ ſūt īfra arti tudieꝫ regl̄e aut eq̄lia regule/ due ſūt opiniōes. q̄buſdaꝫ dicētibꝫ ꝙ obedire ī huiuſmōi eſt de nc̄itate o bediētie. alij aūt/ ꝙ nō de nc̄itate ſꝫ de ꝑfectōe: que q̄dē opiniones/ etſi mltū differre videāt̄ᷣ q̄ntum ad vocē/ tn̄ q̄ntū ad reꝫ parū vel nihil differre inueniūtur. nam ad regu lam pertinere intelligenda ſūt/ nō ſoluꝫ ea que ſūt exp̄ſſe ſcripta ī re-

gula/ ſ3 illa que quecūq3 mō ad re-
gulā r̄ducūt/ vt puta que ꝑtinent
ad obſeqū frat'ne ſocietatis/ et ad
punitōꝫ culpaꝝ ad que duo oīa in
differentia huiuſmodi pn̄t r̄duci.
Sed tamē aliq̄ ſūt que nullatenꝰ
ad regulā reducūt̄/ videt̄ ergo eē
verior opinio/ ꝙ obedire ad huiꝰ
modi nō ſit de neceſſitate obedien-
entie/ ſed de ꝑfectōne. vt hoc ma-
nifeſte dicit Bern. in libro ꝺ diſpē.
et precep. et hoc ideo ꝗ2 obedientia
non extendit ſe vltra poteſtatē vel
ius prelationis/ que quidē ſm̄ re-
gulā innitant̄. ¶ Ad p̄mū ergo di
cendū. ꝙ votum ꝯtinentie reſpicit
ſpeciale genus actꝰ/ ſed votū obe
dientie reſpicit generaliter omnes
actus. vnd' niſi determinaret̄ eius
generalitas/ eſſ3 ꝯfuſio. ꝗ2 omnes
ad ideꝫ tenerent̄. ¶ Ad ſecūdum
dicendū. ꝙ loquit̄ qn̄tū ad ꝑfecti-
onē obedientie. ¶ Ad terciū dicē-
dū. ꝙ ꝑ votū obedientie ſupponit̄
religioſus prelato ſuo/ qn̄tū ad ge
neralē diſpoſitioneꝫ vite ſue/ licet
nō qn̄tū ad oēs actꝰ ꝑticulares
ſeculares aūt ſuo prelato tenent̄
obedire/ qn̄tū ad aliq̄s actꝰ ſpeci-
ales/ nō qn̄tū ad generalē ſue vi-
te diſpoſitionē. ·xi· ·q·

Ad terciū ſic procedit̄. Vi-
det̄ ꝙ poſt votū ſimplex ca
ſtitatis/ aliq̄s contrahens
matrimoniuꝫ/ debitū nec reddere
nec exigere poſſ3. ꝗ2 apud deū non
minꝰ obligat votū ſimplex/ ꝗ3 ſolē-
ne vt canō di. Sꝫ pꝰ votū ſolenne
emiſſuꝫ ꝯtrhēs aliq̄s. ꝺbitū nec red
dere nec petere pt̄. g° nec pꝰ emiſ-
ſiōꝫ ſimplicis voti. ¶ Pre. ꝑ pctm̄
nullꝰ excuſat̄ a pctō. ſ3 ille q̄ ꝯtrxit
poſt votū ſimplex/ peccat. qn̄do p̄-
mo debitū reddit/ ꝗ2 adhuc poteſt
votū implere religionē intrando.
ergo poſtq̄3 ſemꝑ reddidit/ adhuc
peccat/ vel reddendo vel exigendo.
¶ Sed ꝯtra. eccleſia nō cogit ali-
quē ad peccandū. eū aūt q̄ ꝯtraxit
mr̄imoniū corā ſe/ ꝯpellit ad coitū
aut reddere ꝺbitū/ etiā poſt votuꝫ
ſimplex caſtitatis. ergo reddendo
debitū nō peccat. ¶ Rñſ° dicendū. ꝙ
qn̄tū ad redditōꝫ debiti oēs ꝯue
niūt/ ꝙ pꝰ votū ſimplex ꝯtinētie/
tēt̄ reddere ꝺbitū. ꝗ2 votū ſimplex
mr̄imoniū ꝯtractū nō dirimit. Et
ex quo matrimoniū eſt ꝯtractum
vir nō hab3 ꝑtatē ſui corꝑis/ ſ3 mu
lier. vn̄ tenet̄ mulieri petēti ꝺbituꝫ
reddere. Sꝫ circa petitōeꝫ ꝺbiti q̄-
dā dicūt/ ꝙ cū qn̄tū ad h' ſit in ſua
libertate/ tenet̄ adhuc votū imple
re. et ita peccat debitū petēdo. Aliȷ̄
vero dicūt. ꝙ ſi ꝑ ſigna appareat/
ꝙ mulier ſibi debitū reddi velit q̄3-
uis ipa petere erubeſcat/ ꝙ vir eti-
am petere debeat/ etiā poſt ſimplex
votū et precipue ſi timeat vxori de
lapſu. ſ3 h' in idē reddit cū p̄mo. nā
h' ē ex ꝑte vxoris q̄dā interpretati
ua petitio. et ſic vir petēdo reddit.
vn̄ nec efficit̄ ex ꝑte vxoris ḡuius
matrimoniū/ q̄3 eſſ3 ſi ſemꝑ eā expꝰſſe
petere oporteret. ¶ Ad p̄mū ergo
dicēꝺ. ꝙ ex h' ꝙ vtriuſq3 voti trāſ-
greſſio inducit reatū peccati mor-
talis/ dicitur ꝙ equaliter obligat
vtrūq3 apud deū. ſ3 qn̄tū ad impe-
dimētū matrimonij nō h3 vtrūq3
equalem efficaciā. nā ꝑ votū ſolē-
ne transfert ſe vouēs quaſi in cor-
porale obſequiū ipſius dei per ſu-
ſceptionē ordinis/ vel introitū reli
gionis. qꝺ autē aliquis ſemel vni
dedit/ non poteſt poſtmodū alteri
dare. et ideo poſt votum ſolenne
nō pt̄ aliq̄s ſe tradere in ꝑtatē vx-
oris/ mr̄imoniuꝫ ꝯtrahēdo. Sꝫ in
voto ſimplici ē ſola ꝓmiſſio. qꝺ aut̄
aliq̄s alicui ꝓmittit/ pt̄ illꝺ alteri
dare/ licꝫ fidē ꝓmiſſiōis n̄ ſuet. et
iō ille q̄ ſimplex votum emittit/ pt̄
pꝰ modū mr̄imoniū ꝯtrahere/ licꝫ
peccꝫ. ꝗ2 p̄orē fidē irritā fecit. ¶ Ad
ſcꝺm di. ꝙ p̄mꝰ ꝯcubitꝰ/ nō excu-

ſat ſequētes quibꝰ debituꝫ reddit / a peccato / inquantum eſt peccatum · ſed inquantum eſt actus quidā matrimonij ↄſumatiuus ;

Deinde querit᷑ de ijs que pertinent ad culpā / et pmo q̄tum ad culpā que contriat᷑ recte actōni · Secūdo q̄ntū ad culpam que contriat᷑ fidei recte · Circa primū querunt᷑ tria · pmo de acceptōne pſonaꝝ vtꝝ qui honorat diuitē ꝓpter diuitias peccet · Secūdo de cōtemptu fame · vtꝝ aliquis non repellendo īfamiā peccet · Tercio de preciositate veſtium · vtrum ſemper ſit peccatum ;

·xij· ·q·

Ad primū ſic ꝓcedit᷑ · Videt᷑ q̄ qui honorat diuitem propter diuitias peccꝫ · ita em̄ dicit gloſa Jacobi · ij · ſup illud · Si introierit ī ↄuentū vr̄m vir · Mūdꝰ paupem abijcit / diuitē extollit / fides chriſti ecōt᷑ facit · ſꝫ facere cōtra fidē chriſti ē pctm · ergo honorare diuitem ꝓpter diuicias ē pctm · Pre · honor ſm Phm̄ in · j · ethico · debet᷑ rebꝰ dīnis / ſꝫ ī diuite ꝓpt diuitias nō ē aliqđ dīnū · ergo nō debet᷑ ei honor ꝓpter diuitias ¶ Pre ex v̄bis Phi ī · iiij · ethi · colligit᷑ q̄ honor ē exhibitio reuerētie ī teſtimoniū v̄tutis · ſed aliq̄n diues nō ē v̄tuoſus / cū ergo falſū teſtimoniū directe ſit pctm qđ nō debꝫ fieri ꝓpt ſcādalū · videt᷑ ergo q̄ nec etiā cauſa vitādi ſcādali diues ꝓpter diuitias debeat honorari · Sed cont᷑ eſt qđ glo · Aug · di · ſup illud Jacobi · ij · Si itroierit ꝛ cetera Si de exceſſibꝰ quotidianis loquit᷑ q̄s / ħ eſſe poterit pctm / non tn̄ peccat / niſi eū apud ſemetipſuꝫ iudicet vt tāto ſit melior q̄nto ditior · ſꝫ nō ſp aliq̄s huiuſmōi exteriorībꝰ honoribꝰ diuitē honorās eū ꝓpter ħ iudicat meliorē · ergo non ſp peccat · ¶ Rn̄ dicēdū · q̄ accipe pſonaꝫ / diſtinguit᷑ ↄt᷑ accipe cauſaꝫ · Accipe em̄ cauſā ē iudiciū formare ex aliq̄ qđ facit ad cauſā / qđ laudabile ē · Accipe vero pſonā eſt īformare iudiciū ex aliq̄ ↄditōe pſone / que nō facit ad cauſā / qđ vicioſū ē · Vn̄ cōtingit q̄ ex eadē ↄditōe pſone cōſiderata q̄nq̄ȝ ſit iudiciū iuſtū / q̄nꝫ eſt acceptō pſonaꝝ · ſic ſi ī aliq̄ cōtrouſia det᷑ ſn̄ia ꝓ aliq̄ / q2 ē lratior / erit acceptio pſonaꝝ · ſi aūt ex hac ↄſideratōe ī licētiādo ad magiſteriū vnꝰ alteri p̄ferat᷑ / nō erit acceptio pſonaꝝ · ſi ergo aliq̄s honor exhibet᷑ diuiti ꝓpter diuitias / ad quē diuitie aliquid faciūt / non erit acceptio pſonaꝝ · erit autēꝫ ſi ad ħ nihil diuitie operent᷑ · Eſt aūt duplex honor vnꝰ qui debet᷑ alicui rōe ſuiipſiꝰ / ꝓpter ꝓpriā virtuteꝫ / ſic eſt ↄmēdatio / inuitatio / et alia huiuſmodi · ꝛ ad hūc honorē diuitie nihil faciūt · vn̄ ſi talis honor alicui exhibeat᷑ erit acceptō pſonarum · Vn̄ dicit Valeriꝰ maximꝰ · q̄ honores qui virtuti debētur / ſicut triumphi / et alia huiuſmodi / apud romanos nulla pecunia emi poterāt · Alius honor alicui debet᷑ et ꝓpt ſtatū quē hꝫ in re publica / ſic em̄ ī pſona respublica honoratur · ꝛ ꝓpter hoc reges / ꝛ pn̄cipes / ꝛ huiuſmodi honorātur · ſm illud pme Petri ſcđo Regē honorificate · et q2 in republica terrena diuites ſtatū obtinēt altōrē · ideo ciues celeſtis hieruſalē q̄ſi ī Babyloniā peregrinātes debent eorum inter quos ↄuerſantur morem gerere · Vt Auguſtinus dicit in libro de ciuitate dei · in ijs que nō ſūt contra deum · Et ſic etiaꝫ diuites honorare / illis duntaxat honoribꝰ qui ad exteriorem conuictum pertinent / non eſt malum · ¶ Ad primuꝫ ergo dicendū / q̄ in ijs que ad fidem Chriſti pertinent / peccatū eſſet diuites paupibꝰ preferre · ſic ſūt mi/

miſtrationes ſacramentoꝝ: ⁊ hu-
iuſmodi· ſed in ĳs que mundi cō-
uictus requirit/ oportet mundi ge-
rere morem· ¶ Ad ſecundum dicē-
dum: ꝙ etiam diuitie inq̄ntū ſunt
quoddā bonū/ ſunt aliquod diui-
num: et precipue inq̄ntum prebēt
facultatem ad multa bñ agenda·
¶ Ad tercium dicendum: ꝙ ratio
illa procedit de honore qui exhibet
alicui ratione ſuiipſius;

·xiiĳ· ·q·

AD ſecundum ſic procedit·
Videtur ꝙ aliquis peccet
infamiam nō repellendo·
crudelis enim dicitur qui famā ſuā
negligit· ſed crudelitas peccatum
eſt· ergo peccatum eſt/ infamie nō
reſiſtere· ¶ Pre· eccī· xvĳ· dicitur
vnicuiqȝ mandauit deus d̄ ꝓximo
ſuo· vt ſcȝ ei proſit et verbo et exem
plo· ſed hoc impedit per infamiā
ergo quilibet infamiam repellere
tenetur· ¶ Sed contra eſt· ꝙ con-
temnere infamiam videt᷑ eſſe hu-
militatis actus· vnde in vitis pa-
trum legit᷑ de iuſtis et ſanctis pa-
tribꝫ ꝙ ꝓpriam infamiam ſuſtine
bant non repellentes· ergo non eſt
peccatū· ¶ Rñdeo dicēdū: ꝙ vtrū-
qȝ ſcȝ ꝯtēptus fame: et appetitus
poteſt eſſe laudabile et viciosum·
ffama enī non ē neceſſaria homini
ꝓpter ſeipm̄: ſed ꝓpter ꝓximū edi-
ficanduȝ· Appetere ergo famā ꝓpt
ꝓximū charitatis ē· appetere vero
ꝓpter ſeipm̄ ad inanē gloriā ꝑti-
net· et ecōuerſo· ꝯtēptus fame ra-
tione ſuiipſi9 humilitatis ē· ratō-
ne vero ꝓximi ignauie ē et crude-
litatis· Illi ergo quibꝫ incūbit ex
officio vel ex ſtatu ꝑfectōis alioꝝ
ſaluti ꝓuidere/ peccāt niſi infamiā
ꝓpriā iuxta poſſe repellāt· alĳ vero
quibꝫ magis cuſtodia ſue ꝓprie ſa
lutis imminet/ poſſent ſue humili
tati ꝓuidētes famā vel infamiā ꝯ-
temnere· Sed cū infamia duplici-
ter repellat᷑ ſcȝ occaſionē detrahē-
do: ⁊ linguas d̄trahētiū cōpeſcēdo
Primo modo omnes tenent᷑ infa-
miā vitare· alias ſine ſcandalo oc-
caſio trāſire nō poſſet: quod ſemꝑ
ē peccatū· Sed ſecūdo mō nō omēs
tenēt᷑: niſi q̄tenus debꝫ aliq̄s ſalu-
ti ꝓximi ꝓuidere· et hoc eſt quod
Greg· dicit· ix· omelia ſuꝑ Ezech·
linguas detrahētiū ſic nō debem9
noſtro ſtudio excitare ne ipſi pere-
ant/ ita ꝑ ſuā maliciā excitatas de
bem9 equanimit᷑ tolerare vt no-
bis meritū creſcat· Aliq̄n etiā cō-
peſcere: ne dū de nobis mala deſe-
minant eorum que nos ad bona
audire poterant corda innocentiū
corrūpant· et infra· Hi etenī quoꝝ
vita in exēplū imitationis ē poſita
debent ſi pn̄t detrahētiū ſibi verba
cōpeſcere: ne eoꝝ p̄dicatōnē nō au
diāt: q̄ audire poterāt: et ī pravis
moribꝫ remanētes/ bene viuere ꝯ-
temnāt· ¶ Et ex his patet ſolutō
ad obiecta;

·xiiĳ· ·q·

AD terciū ſic ꝓcedit᷑· Videt᷑
ꝙ vti veſtibꝫ preciosis ſēp
ſit peccatuȝ· omē enī q̄d ſit
ꝓpt᷑ vanā gloriā/ peccatū ē· ſȝ pre-
cioſa veſtimenta nō portāt᷑ niſi ad
gloriaȝ inanē· vñ Grego· dicit in
ome d̄ diuite epulone nemo q̄ppe
veſtimēta precipua niſi ad inanē
gloriā querit: videlicȝ vt honora-
bilior ceteris videat᷑· ꝙ nūq̄ȝ niſi ꝑ
ſola iam gloria precioſū veſtimētū
querat᷑/ ipa res teſtat᷑· q̄ nēo vult
ibi precioſis veſtibꝫ indui / vbi ab
alĳs nō poſſit videri· ergo vſus p̄-
cioſaꝝ veſtiū ſēꝑ ē peccatū: ¶ Pre·
ſuꝑ illo ad Timo· vj· Hn̄tes aūt ali
mēta: ⁊ q̄bꝫ tegamur ĳs ꝯtēti ſi-
m9· dicit glo· q̄d ampli9 ē/ a malo
ē· ſȝ p̄ciositas veſtiū āpli9 eſt ergo
pctm̄ ē· Sȝ ꝯt᷑· Bene· di· ad q̄n̄dā
regina· Indue d̄licate: nō ꝓpt᷑ te: ſȝ
ne digitas regia vileſcat· Pre· ꝑe
Tio· ĳ· Non in tortis (alias com-

ptis) crimib9 aut auro / aut mar-
garitis / vł veſte precioſa dicit glo-
ſa vlt modum ſuū · et ita ſi qs pre-
cioſis veſtib9 ſm modū ſuū vtat᷑ /
non peccat · ¶ Ad ꝫ dicendum · ꝙ alit᷑
eſt hic loquendum de ꝑſona pub-
lica / ⁊ ꝑſona ꝓuata · nam in ꝑſonā
publica ꝯſiderādus eſt ſtatus dig-
nitatis / ⁊ ꝓprie ꝑſone cōditō / circa
que duo / ita ſe debꝫ habeī / ne dig-
nitatis auctoitas veniat in ꝯtem-
ptum / et ne ipſe in ſupbiaꝫ offera-
tur · Vtrumqꝫ ergo eſſe pt̄ ei lau-
dabile / et ꝙ precioſis vtat᷑ ad re-
uerentiam auctoitatis īducendā /
⁊ ꝙ vilib9 vtat᷑ ratione ꝓprie hu-
militatis · ita duntaxat ne que ad
auctoritateꝫ ꝯſeruandā ſiūt in ſu-
pbiam ꝺgenerent · et ne dū nimiū
ſeruat᷑ humilitas / regēdi frāgat᷑
auctoitas · ſic dicit Auguſ · et ħ mō
laudabiliter ſacerdos ī diuino offi-
cio precioſis vtit᷑ veſtib9 / ad reue-
rentiam diuini cultus · et laudabi-
liter ab huiuſmodi ꝓpter humili-
tatem abſtinet vt in qbuſdā reli-
gioſis · ī eo aūt q̇ eſt ꝓuata ꝑſo-
na / virtuoſum ē · ſi ꝓpt humilitatē
abiectioribus indumentis vtat᷑ /
inquātū ſtatus ꝓprius r̄qrit · Vñ
Gre · dicit ī homelia predicta · Si
abiectō īdumēti precioſi nocerꝫ / ⁊
virt9 nō eſſꝫ euāgeliſta ꝺ Joanne
vigilanter non diceret / ⁊ erat īdu-
tus pilis cameloꝝ · Licitū ē aūt vt
ſm modum ꝓprie ꝑſone precioſis
vtatur / peccatū aūt ſi ꝓpriū modū
excedat · Et qa precōſū dicit᷑ r̄lati-
ue / ſic et magnū · cū idem qđ ē vni
precioſū alteri precōſū non ſit pre-
cioſitas veſtiū attendit᷑ per exceſ-
ſū ꝓprij moī · ⁊ ſm ħ ſp ē peccatum
precioſis veſtib9 vti · et ſic loquitur
Gre · Et ꝑ hoc ptꝫ ſolutō ad pmūꝫ
¶ Ad · ij · dicēđ · ꝙ in alimēto ⁊ tegu-
mēto intelligūt᷑ oīa que nobis ſūt
neceſſaria / ſm ꝯuemētiā ⁊ ꝯgruē-
tiam nr̄i ſtatus ;

DEinde querit᷑ de culpa que
ꝯtriat᷑ recte fidei · Et circa ħ
querūt duo · pmo vtrū he-
reticis ſit ꝯmunicandum · ſecundo
vtꝝ r̄deuntes ad eccliā ſint recipi-
endi ; · xv · · q ·

AD pmū ſic ꝓcedit᷑ · Videtur
ꝙ hereticis ſit ꝯmunicādū ·
Dicit᷑ eñ Mat · xiij · in pabola de zi-
zanijs / ꝙ paterfamilias dixit · Si-
nite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſē ·
Meſſis eſt ꝯſūmatō ſeculi vt dicit᷑
ibideꝫ · Cū ergo ꝑ ziꝫamā itelligāt᷑
heretici · videt᷑ ꝙ heretici nō ſint a
ꝯmunione fideliū ſepandi añ diem
iudicij · ¶ Pre · videt᷑ ꝯtra ħ prece-
ptum dñi facere pncipes hereticos
iterficiētes ¶ Sꝫ ꝯtra ē qđ dicit᷑ p̄-
me Coꝝ · vj · Exite de medio eoꝝ ⁊
ſepamini · ⁊ loqt᷑ de infidelib9 / vtꝫ
ex ħ qđ premiſerat · Nolite iugum
ducere cū infidelib9 · ergo hereticis
non eſt ꝯmunicanđ ¶ Ad ꝫ dicendū ·
ꝙ hereticis nō ē ꝯmunicanđ dupli-
ci ratōe / vna ē ratōe ex ꝯmuicati-
onis / et ſic cū eis nō ē ꝯmuicādū /
ſic nec cū alijs excōmuicatis · Alia
ē ſpecialit᷑ rōe hereſis · pmo ꝓpter
periclm̄ ne eoꝝ ꝯuerſatō alios cor-
rumpat / ſm id pme Coꝝ · xvj · Cor-
rūpūt bonos mores colloqa pua ·
Secūdo ne videamur eorū doctri-
ne puſe ꝯſēſū pſtare · Vñ in pma
canoīca Joan · Si qs veiat ad vos
⁊ hāc doctrinā nō hꝫ / nolite eū re-
cipe ī domū / nec aue ei dixeritis / q̇
eñ dicit ei aue ꝯnicat opibus eius
malignis / vt dicit gloſa · ſecūdum
ꝙ vox ē inſtituta ꝯmunionē oſtē-
dit eē cū illo / alioquin ſimulatō ē /
que ī Chriſtianis eē nō debꝫ · Ter-
tio ne ex familiaitate nr̄a alijs det᷑
occaſio erroris / vñ ibidē dicit alia
glo · Etſi vos decepti forte nō eſtis
alij forſitā ꝑ talē vr̄aꝫ familiaitatē
poſſent decipi / q̇ crederent illos pla-
cere vobis / ⁊ ſic crederēt illis · Vñ
alia gloſa ibidem dicit tanta Apo-

ſtoli atq; eorū diſcipuli ī religione
cautela vtebant᷑: vt nec verbi com-
munionem qͩdem cū aliquo eorum
qui a veritate declinauerunt / habei
paterent᷑ · hoc tñ intelligendū eſt
niſi cū aliquo loquerent᷑ ꝓpter eiꝰ
ſalutem ¶ Ad primum ergo dicen-
dū: ꝙ ī illo precepto patriſfamili-
as duplex intelligit᷑ cōditio: Vna
eſt vt exponat᷑ preceptum de vniu-
ſali ſeꝑatōne malorū a bonis: et h̄
accipitur ex ipā queſtōne meſſoꝝ:
qui dicūt: vis et colligamꝰ ea: hoc
enī nō eīt niſi vſq; ad diem iudicij ·
Secūda cōditio ē vt ītelligat᷑ pre-
ceptum: qñ mali ſine ꝑiculo bonoꝝ
extirpari nō poſſunt · et h̄ patet ex
reſpōſione patriſfamilias: q̄ dixit:
Ne forte colligentes zizania eradi-
cetis ſimul cū eis ⁊ triticū · Quod
qͩdem tribus modis cōtingere poſ-
ſꝫ Vno modo · ſi aliquis precidetur
anq̄; de eius malicia ꝯſtaret · Vnde
dicit gloſa: ꝙ monet dñs ne ambi-
gue iudicemus · Secundo ſi nō eſſꝫ
in malicia obſtinatus: Vñ ⁊ nullꝰ
excōmunicatur niſi ꝓpter contuma-
ciā: Vnde dicit gloſa ibidem inter-
linealis Mouemur nō cito āputa-
re: qꝛ qui hodie errat forſitan cras
defendet vel diſcet veritatē: Et ideo
ad Titum tercio dicit᷑: hereticū ho-
minem poſt vnā et ſecundam cor-
reptōnē deuita: Tercio ne ſimul bo-
ni cū malis inuoluāt᷑: ꝓpt᷑ h̄ qđ di-
cit ibi gloſa Auguſtini: ꝙ multitu-
do non eſt excōmunicanda: nec prin-
ceps et populi: iſtis autē remotiſ
debēt mali precidi · ſcḋm id prime Cor.
quinto · Auferte malū a vobiſipis:
Et ꝑ hec patet ſolutō ad obiecta;

· xvi · · q ·

Ad ſecundum ſic ꝓceditur ·
Videt᷑ ꝙ heretici redeūtes
ad eccleſiam nō ſint recipi-
endi · qꝛ peccauerunt contra fidem
que eſt fundamentum eccleſie · Et
ideo edifitō eccleſie nō debent ſuꝑ-
edificari · ergo non debent ab eccle-
ſia recipi · ¶ Sꝫ cont᷑ eſt ꝙ eccleſia
nulli debꝫ claudere gremiū: ſicͭ chri-
ſtus q̄ de ſe dicit · Eum q̄ veīt ad me
non eijciam foras · Joan · vj · ¶ Rͦ
dicendum: ꝙ quandiu hꝰ vite ſta-
tus durat / hō non poteſt eē totalit᷑
in peccato obſtinatus · ſed hoc erit
in dānatis pꝰ mortē · ⁊ ideo quan-
diu in hac vita viuit᷑ / cuilibet r̄lin-
qt᷑ locꝰ penitentie ⁊ q̄libꝫ q̄litcūq;
deliq̄rit / vł in moribꝯ vł ī fide / ē ab
eccleſia recipiendus · ⁊ ſi contrariū
dicet᷑ / dicit᷑ eſſe hereſis Facinanoꝝ ·
Sed tñ nō eſt neceſſarium ꝙ ꝑiter
ad dignitates recipiant᷑ niſi cū ali-
quibus miſericorditer diſpenſetur
precipue ꝓpt᷑ bonū pacis vł fructū
aliū qui inde ſequatur ¶ Ad primum
ergo dicendum / ꝙ quandiu aliq̄s
fundamentū fidei nō habet / ab ec-
cleſia recipi nō debꝫ · ſꝫ poſtq̄; ꝯuiſus
īcipit hr̄e / recipiēdꝰ ē; · xvij · · q ·

Deinde querit᷑ de hoc qđ ꝑti-
net ad gloriam ſcilicet de vi-
ſione ī patria · Vtꝝ ſcꝫ intel-
lectꝰ creatꝰ poſſit videre deū ꝑ eēn-
tiā · Et videt᷑ ꝙ ñ / qꝛ ītellcꝰ ad ītel-
ligibile ē aliqua ꝓportō: ſꝫ ītellectꝰ
creati ad diuinā eēntiam nulla eſt
ꝓportō: cū in īfinitū diſtant / ergo
ītellectus creatꝰ diuinā eēntiā vi-
dere nō pt̄ ¶ Pre · plus diſtat ſpūs
īcreatꝰ ab intellectu creato q̄; ſpūs
creatus a ſenſu: ſꝫ ſēſus nō pt̄ cog-
noſcere ſpm̄ creatū / ergo nec intel-
lectꝰ ſpm̄ īcreatū ¶ Sed coñ eſt qđ
Exodi xxxiij · ſuꝑ illud Nō videbit
me hō et viuet / dicit gloſa Grego ·
fuere nōnulli q̄ deū dicerēt etiā ī illa
regione beatitudinis ī claritate ſua
conſpici: ſed in natura minime vi-
dei · q̄s minꝫ minor inquiſitionis
vtilitas fefellit: neq; enī illi ſimpli-
ci ⁊ īcōmutabili eēntie / aliud ē clari-
taſ / aliud ē nata · ſꝫ ipſa eiꝰ claritaſ
nata ē: ⁊ ita eēntia dei videbitur a
beatis · Rͦ dicē: ꝙ necē ē ponere di-

uinam eſſentiā a beatis videri · be-
atitudo em̄ eſt vltima perfectō na-
turę ratōnalis · nihil autem eſt fi-
naliter perfectum niſi attingat ad
ſuum principium ſm modum ſuū ·
Et ideo dico ꝙ ad principiū quod
eſt deus attingit aliquid dupliciꝰ ·
Vno modo per ſimilitudinem qđ
eſt commune creaturę · quia ſcilicȝ
tantum habet de perfectione / qn̄tū
cōſequitur de diuina ſimilitudine ·
Alio modo per operationē / vt prę-
termittatur ille modus qui ē chri-
ſto ſingularis · ſcilicȝ in vnitate ꝑ-
ſonę · dico etiam per operationem
īqn̄tum rationalis creatura cog-
noſcit et amat deum · et quia ani-
ma immediate facta eſt a deo / ideo
beata eſſe non poterit / niſi imme-
diate videat deum id eſt abſqꝫ me
dio / quod ſit ſimilitudo rei cogni-
tę / ſicut ſpecies viſibilis in pupil-
la vel in ſpeculo · non aūt abſqꝫ me
dio · quia eſt lumen cōfortans in-
tellectū quod eſt lumen glorię · de
quo in ps̄ dicitꝛ · In lumine vultꝰ
tui videbimus lumen · hoc autȝ ē
per eſſentiam deum videre · Vnde
in hoc ponimus beatitudinem ra-
tionalis creaturę / ꝙ deum ꝑ eſſen-
am videbimus / ſicut Philoſophi
qui poſuerunt aīas noſtras flu-
ere ab intelligentia agente / poſu-
erunt vltimaȝ felicitatem in conti-
nuatione intellectus noſtri ad ip-
ſam · ¶ Ad pͥmum ergo dicendū ·
ꝙ ꝓporcio dicitꝛ dupliciter · ¶ Vno
modo ꝓprie ſm ꝙ importat quen-
dam determinatuȝ exceſſum · et ſic
ꝓporcio requiritꝛ inter intellectum
et intelligibile ad hoc ꝙ ſit cogni-
tio cum comprehenſione · qualiter
diuina eſſentia nūqꝫ ab intellectu
creato comprehenditꝛ · Alio modo
dicitꝛ cōmuniter pro qualibet ha-
bitudine · ⁊ ſic īfinitum poteſt ha-
bere ꝓporcionȝ ad finituȝ ſi ſit eiꝰ
perfectio / vel aliaȝ huiuſmodi ha-
bitudinȝ habet ad ipſum · et talis
ꝓporcio ſufficit ad hoc ꝙ ītellectꝰ
noſter videat diuinaȝ eſſentiā / at-
tingendo / non cōprehendendo ·
Ad ſecūdū dicendū / ꝙ obiectō il-
la ꝓcedit de diſtantia ſm ꝓprieta-
tem naturę / nō ſm ratōnē cogni-
tionis · nā ſpiritus creatus non ē
ſenſibilis · ſed ſpiritus increatus ē
intelligibilis; ¶ Quodlibetū · x ·

Q Ueſitum fuit de deo / de
angelis / et đ hominibꝰ
¶ De deo queſitū fuit
đ immenſitate ipſiꝰ /
de cognitione eius / et de eius prę-
deſtinatione · ¶ Circa immēſitatē
vero dei queſitū fuit · vtrū ſolius dei
ſit ꝓpriū eſſe vbiqꝫ · Et oſtendebatꝛ
ꝙ nō · numerus ē ī numeratis re-
bus · ſed conſtat ꝙ omnes parteſ
vniuerſi ſūt numeratę · ergo nu-
merꝰ ē in oībꝰ ꝑtibꝰ vniuſi · et ſic
videtꝛ ꝙ ſit vbiqꝫ · nō ē ergo ſolius
dei ꝓpriū eſſe vbiqꝫ · ¶ Prętē · vni-
uerſale eſt qđ eſt vbiqꝫ et ſemꝑ · ſȝ
vniuerſale nō ē hoc qđ deus · ergo
nō ē ꝓpriū ſoliꝰ dei eſſe vbiqꝫ ⁊ ſeꝑ
¶ Prętē · ſb̄ſtātia ſpiritualis exce-
dit corꝑalē · ſȝ hoc qđ dicitꝛ eſſe vbi
ꝑtinet ad ſb̄ſtātiā corꝑalē · qꝛ in ſo
lis corꝑalibꝰ ē ꝓprie aſſigꝛe locū ·
ergo multomagis eſſe vbiqꝫ ꝑtinȝ
ad ſb̄ſtantias ſpirituales · et ſic vi-
detꝛ ꝙ nō ſit ſoliꝰ dei ꝓpriū · ¶ Prę ·
ad cōmendationȝ terreni regis ꝑ
tinet / ꝙ poſſit gubernare etiā ī ab-
ſentia ſua regnū · ſȝ deꝰ ē cōmēdabi
lior oī rege · ergo videtꝛ ꝙ etiā com-
petit ſibi ad cōmēdatōnē / vt guber
net totuȝ vniuſū / vel aliquaſ ꝑteſ
in abſētia ſua · et ſic nō videtꝛ / ꝙ ſit
dei ꝓpriū eē vbiqꝫ · ¶ Prę · ꝯſtat ꝙ
q̄dā dicūtꝛ deo ꝓpinq̄ eſſe et q̄dā re-
mota / ⁊ qn̄to magis ſūt r̄mota / tā
to magis ſūt corruptibilia · nō aūt
poſſent eē aliq̄ ꝓpinq̄ ⁊ aliq̄ r̄mota
deo / ſi deus eſſȝ vbiqꝫ · ergo videtꝛ ꝙ
n̄ ſit vbiqꝫ · ¶ Prę · dato ꝙ totꝛ ma-

chima mūdialis eſſet vnuꝫ corpꝰ ꝯ‑
tinuū / ꝯſtat ꝙ illud corpꝰ eēt vbi‑
qꝫ · nō ergo eſt ſolius dei ꝓpꝛiuꝫ eſſe
vbiqꝫ · ¶ Contra Ambroſiꝰ ꝓbat
ſpiritumſanctum eſſe deum / qꝛ eſt
vbiqꝫ · ſed ſi eſſe vbiqꝫ non eſſet ſo‑
lius dei ꝓpꝛium / ratio Ambro · non
valeret · cum ergo ratio huiꝰ vale‑
at / videtur ꝙ ſit ſolius dei ꝓpꝛium
eē vbiqꝫ · ¶ Reſponſio dicenduꝫ ·
ꝙ ſpiritualia dicuntur eſſe in loco
nō quidem ꝑ ꝯtactū magnitudis /
ſꝫ virtutis · et ideo ſꝫm rationē vir‑
tutis cuiuſlibꝫ rei ſpiritualis / opor‑
tet nos loqui de loco in quo ē · vir‑
tus autem dei eſt infinita / que q̄dē
infinitas apparet quantuꝫ ad duo
pꝛimo ꝙ nō ſolū excedit creaturas
que fuerunt ⁊ erunt · ſed etiā ōnes
que poſſunt imaginai · ergo deus
non ſolum eſt in illis que ſunt fue‑
runt ⁊ erunt / ſꝫ in illis que poſſunt
imaginari eſſe · Secundo qꝛ virtꝰ
dei ſimul et ſemel ī omnibꝫ opatᷣ ·
ſimul ⁊ in ſingulis ſm modū ꝓpꝛiū
rerum · ⁊ ideo eſſe vbiqꝫ ꝓpꝛie acce‑
ptum / ſoli deo ꝯpetit · Aliꝫ s autem
rebꝫ eſſe vbiqꝫ ꝯpetit impꝛopꝛie · ⁊
diſtinguitᷣ modus q̄ deus ē vbiqꝫ /
⁊ quo alie res q̄bus aliquo modo
ꝯpetit eē vbiqꝫ · naꝫ huiuſmodi di‑
cuntᷣ eē vbiqꝫ · qꝛ ſūt tm̄ in ijs / que
ſunt / ⁊ pꝛeſentia ſunt · deus autem
nō ſolū eſt in iis que ſunt / ſed ima‑
ginatis pꝛeteritis et ī futuris ¶ Itē
alie res non ſunt vbiqꝫ / ſic in vno
loco · ſed ſic in diuerſis locis · ſꝫ deꝰ
ita eſt vbiqꝫ / ꝙ eſt in quolibet et in
toto · qꝛ eiꝰ virtus habet efficaciaꝫ
nō ſoluꝫ in id qđ eſt cōmune vniu‑
ſo · ſꝫ etiaꝫ in id quod eſt ꝓpꝛiū vni‑
cuiqꝫ rei ꝑticulare · Et ideo eſt ī ōni‑
bꝫ ſicut in vno loco / et ſicut in plu‑
ribꝫ / quod eſt ꝓpꝛie eē vbiqꝫ · ¶ Ad
pꝛimum ergo dicenduꝫ / ꝙ nume‑
rus non eſt in rebus numeratis ſic
accidens in ſubiecto · ¶ Pꝛe · vnus
numerus licet ſit in omnibus nu‑
meratiſ / ſicut vnica eſſentia · nō tm̄
eſt in qualibꝫ parte · qꝛ non queli‑
bꝫ pars numeratur eodeꝫ numero ·
Iteꝫ numerꝰ nō eſt ōnino vnuſ / ſꝫ
multitudo quedam · deus autē eſt
in rebus ꝑ virtutē ſuā / ⁊ ī ſingulis
opatur / vt dictum eſt · ¶ Ad · ij ·
dicendū ꝙ vniuſale dicitᷣ eē vbiqꝫ
et ſemper / magis ꝑ remotioneꝫ q̄
ꝑ poſitionem · nō em̄ dicitᷣ eē vbiqꝫ
et ſemꝑ / eo ꝙ ſit in omni loco et in
ōni tempore / ſꝫ quia abſtrahit ab
iis que determinant locuꝫ ⁊ tēpus
determinatum · ⁊ pꝛeterea vniuſa‑
lia nō ſūt ſubſiſtentia · ¶ Ad terci‑
um dicendum ꝙ ſpiritualis ſbſtā‑
tia excedit corporale exceſſu digni‑
tatis nature / ſꝫ non ī virtute agēdi
immo videmus ꝙ multe ſubſtātie
ſpirituales habēt determinata cor‑
pora in quibus agant / ſicut anima
rationalis corpꝰ humanuꝫ · et ideo
nō tenet ¶ Ad · iiij · dicēd / ꝙ nō eſſe
vbiqꝫ ꝑ regnuꝫ ē ex defectu regis t‑
reni / ꝓpᵗ circū ſcriptionē ſue ſbſtā‑
tie · deꝰ aūt cū ſit incircūſcriptus / ē
vbiqꝫ · ⁊ tm̄ ſi nō eſſet vbiqꝫ / nihilo‑
minꝰ gubernaret ōnia ſua natura ·
Vnde ī rege terreno / non eſſe pꝛe‑
ſens / ē ad defectū / ſed ꝙ gubernat
in abſentia eſt ad cōmendationē ·
deꝰ autē ⁊ vbiqꝫ ē et omnia guber‑
nat · Ad · v · dicēdū / ꝙ huiuſmodi
